Cvm Bobii in coenobio divi Columbani, iussu eruditissimi Merulae, chronica et Caesarum diplomata evolverem, ut uberiorem gentis Vicecomitum historiam conscriberet, multa nobilium scriptorum volumina (reliquiae erant Longobardorum) ex carcere perpetuo et tenebris in lucem eduxi et ad vitam revocavi atque ex contemptu et fastidio in dignitatem et expectatam cognitionem non sine difficili labore restitui. Sed dum mecum miseram horum calamitatem conspicis, et multorum auctorum perniciosam cladem defles, et subinde subdubitas ne iterum hi libri emoriantur, qui aliquando intermortui fuere, Terentianum ex omni numero emittere impressionique tradere constitui. Excultum sane opus. Miraberis statim in praefatione ingenium doctrinam et facilitatem in carmine. De litteris, syllabis, genere metrorum et permutatione, non prosa oratione, sed numeris tantum, praecepta tradit et exempla. Hujus Terentiani versiculum Augustinus in Civitate dei in laudem Varronis profert, quem eruditum appellat. Nihil in hoc genere aut eruditius aut exquisitius Latinis litteris proditum. Pereleganter quidem et non illepide docet quemadmodum Catullus in senariolo syllabas permutaverit; quamvis alii aliter interpretati sint. Caeterum ne studiosi lectores in hoc vario carmine ambigui reddantur, longis litteris ea insignire curavi quae hic auctor fulgidula milto notavit: et paucula quaedam, quasi rerum indices, ex libro apposui. Culpam vero errorum, si qui erunt, non mihi, non denique impressoribus, sed ipsis Longobardis omnem ascribes: hi nanque perverse litteras et dictiones collocabant, et quod aegrius erat, verba aliquando intercipiebant. Ita cum ex charactere Longobardo in nostrum hos libros traducerem, saepius divinare oportuit. Nunquam tamen ausus sum litteram immutare aut dictionem ex ingenio supponere. Malui potius cum Longobardo codice errare quam

temerarii nomen subire. Doleo tamen, quanquam adhuc in nostra lingua multa desideramus, sive negligentia et inscitia hominum sive invidia temporis hoc effecerit, particulam nobis in fine operis ereptam. Ita imperfectum et mancum opus consumatissimi undecunque Terentiani habuimus. Quod vero nobis superfuit, diligentia et acri iudicio Merulae et nunc nuper Ioannis Placentini peremendatum accipies. Vale.

RAPHAEL VOLATERRANVS COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBRO QVARTO.

Folio LVI primae editionis Romanae a. MDVI.

DEINDE Fidentiola adextra vetus oppidum : ab leva novo nomine Oppidum : Bobium ad Appennini iuga situm ubi nobile Coenobium a Theodolinda regina Longobardorum extructum. Hic Anno. M. ccclxxxiii. huiuscemodi libri reperti sunt. Rutilius Naumatianus. Heroicum Sulpici carmen. lxx. epigrammata Terentianus Maurus de litteris syllabis et metris omnis generis : Cesius : Bassus : Veluis longus de orthographia : Adamantius : Martyrius de. B. littera et muta. v. vocali : Probi. Catholica Corneli Frontonis elegantiae Latinae : Sergius grammaticus de littera : Liber persimilis : Iulio polluci de vocabulis rerum : set hoc amplius : Latina Graecis vocabulis respondent : Casuus sacerdos de octo partibus orationis. Paraphrasis super sex Virgilii libris. Trium aeglogarum Virgilii enarrationes Dracontii varium Opus Prudenti hymni Computus sic est inscriptus Grecorum et Latinorum : Alter liber Computus digitorum inscribitur. Agenius Vrbecus de Controversiis agrorum. Higinus de Limitibus agrorum et metatione castrorum. Balbus de nominibus mensurarum : Vitruvius de Exagouis heptagonis et id genus Frontinus de qualitate agrorum Caesarum leges : Agrariae et Coloniarum iura : quorum bona pars his annis proximis a meo Municipe Thoma Phaedro bonarum artium professore est advecta in urbem.

TERENTIANI PRAEFATIO.

Avdivi veterem virum 2383 P.
Vulgo dicere fabulam,
Quendam, qui ter Olympia
Vicisset Iove praeside,
Postquam accedere [a] lividum
[b] Virtuti senium videt,
Dum victor cluet omnium,
Maturasse resolvere
Legem pulveris et cibi.
Sed ne [c] corpoream repens
Labem accerseret otium,
Tale exercitii genus
Commentum sibi dixerat,
Quod [d] solus gereret domi.
Nervis mollibus invicem
Iunctis in teretem struem,
Ceu Parthus solet aut [e] Scythes
Arcus cornibus extimis
Levem nectere lineam,
[f] Talem assidue ligat,
Dum sit funiculi modus
Aptus qui puteo foret.
Haustos hinc igitur cados
Imis ab tenebris aquae
[g] Tam filo tenui trahens,
Quod stringi nequeat vola,
[h] Nissus undique corporis
Summos in digitos agit:

[a] *lividum*] *languidum* H.

[b] *Virtutis*] *Virtuti* Barthius Adv. XV. 2. et sic ed. Lachman.

[c] *corpoream*] *corpore tam* Barthius ib.

[d] *solus*] *secum* H.

[e] *Scythes*] *Scythea* V. Vid. Valesius ad Ammian. Marcellin. XXII. viii. 37. T. II. p. 467.

[f] *Talem*] *Talemque* Pet. Mic. in marg. *Tales* Lachman. *Talis* H. De m non elisa consulantur Broukhusius et Burman. ad Propert. II. xii. 1. necnon N. Heins. alicubi ad Virgilium, et Santen. ad Nostrum infra v. 551.

[g] *Tam filo*] *Tantillo* M. V. Pet. Mic. Correxit Phoen.

[h] *Nisus*] *Nissus* M.V. Pet. Mic.

Angustoque tenaculo,
Donec lubrica sarcina 2384P.
[i]Tanti per spatium cavi
In lucem superam exeat,
Alterna vice pollicum
Certat vincere ponderis
In praeceps facilem fugam.
Nil magnum gerere hunc putes,
Et tantum in digitis opus:
Cunctis visceribus tamen
Occultus trepidat labor;
[k]Totum cernere nec palam,
[l]Quo totum geritur, queas:
Caecis flatibus intimi
[m]Tenduntur laterum sinus,
Et poples tremit et genu,
Nec plantae stabiles manent:
Nil immune relinquitur,
Et parva est via viribus;
Mos certaminis et modus,
Sudor dum solitus [n]cadat
[o]Nulla mole palaestrica.
[p]Sic nostrum senium quoque
[q]Quia iam dicere grandia
[r]Maturum ingenium negat,
Nec spirant animas fibrae,
Angustam studii viam
Et callem tenuem terit,
Tantum ne male desidi
Suescant ora silentio,
Quid sit littera, quid duae 2385 P.
Iunctae, quid sibi syllabae,
Dumos inter et aspera

[i] *Tanti per*] Sic Br. *Tantisper* M.V. Mic. *Tantis per* Pet.

[k] *Totum*] *Motum* H.

[l] *Quo*] *quod* Lachman.

[m] *Tenduntur*] *Tunduntur* H.

[n] *cadit*] *cadat* M.V. Pet. Mic. mutavit Brissaeus.

[o] *Nulla*] *Vultu* H.

[p] *Sic*] *Sit* Pet.

[q] *Quia iam*] *Quod qui* H.

[r] *Maturum*] *Maurum* cod. apud Briss. *Marcens* H.

Scruposis sequimur vadis.
[s] Fronte exile negotium,
Et dignum pueris putes:
[t] Adgressis labor arduus,
Nec tractabile pondus est.
At mens tenditur acrius,
Ne contenta sit obviis,
Rimantemve recondita
Subtiles fugiant notae,
Neu discretio falsa sit
Rerum tam gracili modo.
Instat callida cautio,
Ne sermo ambiguum sonet,
Ne priscum nimis aut leve,
Vocum ne series hiet,
Neu compago fragosa sit,
Vel sit quod male luceat,
Dum certo gradimur pede,
Ipsi [u] neu trepident pedes,
Par examinis [x] aestus est,
Ceu sublimia disseras:
Par est iudicii mora:
Pompae gloria vilis est.

[s] *Fronte*] *Forte* H.

[t] *Aggressis*] Sic Br. *Adgressis* M.V. Mic. *agressis* Pet. *Aggressus* Comm.

[u] *neu*] *ne* Lachman.

[x] *aestus*] *usus* H.

DE LITTERIS.

Elementa rudes [a] quae pueros docent magistri,
Vocalia quaedam memorant, consona quaedam:
Hæc reddere vocem quoniam valent seorsa,
Nullumque sine illis potis est coire verbum.
At consona quæ sunt, nisi vocalibus aptes,
Pars dimidium vocis opus proferet ex se,
Pars muta soni comprimet ora molientum:
Illis sonus obscurior impeditiorque:
Vtcunque tamen promitur ore semicluso,
Vocalibus atque est minor, auctiorque mutis:
His caeca soni vis penitus subest latetque,
Vt non labiis hiscere, non sonare lingua,
Vllumve meatum queat explicare [b] nissus,
Vocalia rictum nisi iuncta disserarint.
Res cum tenuis, difficile est probare verbis:
Exempla solent sensibus admovere lucem.
B cum volo vel C tibi vel dicere D G,
E, quae sonitum commodat hisce, si negetur, 2386 P.
Et labra prementur simul et revincta lingua:
Haec vim, tacitam sponte sua nimisque mutam,
Coniuncta potentem sonitus facit latentis,
Geminumque refert auribus ex utraque sensum,
Si proprietas tradita, si regula nota est.
Nunc singula quam possideant in ore sedem,
Ictusque suos concipiant, et unde rumpant,
Vt quivero versu blaterabo Sotadeo.
A prima locum littera sic ab ore sumit:
[c] Immunia rictu patulo tenere labra,
Linguamque necesse est ita pendulam reduci,
Vt nissus in illam valeat subire vocis,
Nec partibus ullis aliquos ferire dentes.
E, quae sequitur vocula, dissona est priori,
[d] Quia deprimit altum modico tenore rictum,
Et lingua remotos premit hinc et hinc molares.
I porrigit ictum genuinos prope ad ipsos,
Minimumque renidet supero tenus labello.

[a] *qui* H.
[b] *nisus*] *nissus* M. hic et inf. 114.
[c] *Immunia*] *immania* H.
[d] *Quia*] *quod* H.

[e]O Graiugenum longior altera est figura,
Alter sonus est et nota temporum [f]minori:
Compendia nostri meliora crediderunt,
Vocalibus ut non nisi quinque fungeremur,
Productio longis daret ut tempora bina,
Correptio plus tempore non valeret uno.
Hinc *ἦτα* minus scribimus, hinc et *ω* supremum;
Vna quoniam [g]sat habitum est notare forma,
Pro temporibus quae geminum ministret usum.
Igitur sonitum reddere cum voles minori,
Retrorsus adactam modice teneto linguam,
Rictu neque magno sat erit patere labra:
At longior alto tragicum sub oris antro
Molita rotundis acuit sonum labellis.
Y, quam memorant, vocibus avia est Latinis:
Vocalibus autem quoniam iugata Graecis
In nostra etiam verba dabat frequenter usum,
Subiecimus [h]illam cui nomen V dederunt,
[i]Vocale sonantes sibi quae iugaret omnes,
Et sola sonum redderet ex sua figura,
Quam scribere Graius, nisi iungat [k]OΥ, nequibit.
Hanc edere vocem quotiens paramus ore,
Nitamur ut [l]V dicere, sic citetur [m]ortus:
Productius autem coeuntibus labellis
Natura soni [n]pressior altius meabit.
Hanc et modo quam diximus I simul iugatas
Verum est spatium sumere vimque consonantum,
Vt quaeque tamen [o]constiterint loco priore:
Nec tunc modo cum iungimus hoc valebit ipsas,

[e] *O Graiugenum longior, altera est figura: Alter sonus est, et nota temporum, minori.* Pet. *Alter sonus, atque temporum nota variata.* Br.

[f] *minori*] Sic Mic. marg. Pet. *minor* M.V.

[g] *sat*] *satis* H. et Santen. *fas* Lachman.

[h] *illam*] *illud* H.

[i] *Vocale*] *Vocalem* M. *Vocale* Micylli margo, Lachman. Commelinus: "vel liquescit vimque "suam omittit *s* in *sonantes*, vel "legendum, *Vocale sonantes sibi* "*quod.*" Santenius edidit, *Voculam.* Vid. infra 502.

[k] Υ] Legerem *ου* nisi apud Victorinum eandem lectionem teneri viderem. MICYLL. *ου* Lipsius, et Lachman. Et sic apud Victorinum ed. Putsch. p. 2454.

[l] *V*] *O* H. et sic Lipsius.

[m] *ortus*] *orsus* H.

[n] *quam prius* H.

[o] *constiterint* M.V.P. Mic. *constiterit* Pet. Br. Mic. in Corrig. Comm.

Sed si qua erit his altera vocalis adhaerens, 2387P.
Vis [p]haec manet illis quasi cum simul iugantur.
Nam si *IVga* [q]quis nominet, I consona fiet,
V qualis erat permanet in loco sequenti:
Et cum *IAculum* aut dico *IEcur, IOvem*, *IVvencum*,
Nil ordo secundis tribuit, prior iuvatur.
Versa vice si sit prior V, sequatur illa,
Cum dico *VIde*, contulit I sonum priori,
Ast ipsa manet tempore quo sonabat ante.
Vocalibus hoc et reliquis [r]praedita servat:
Vt *VAde*, *VEni*, *VOta* refer, teneto *VVltum*,
Crevisse sonum perspicis et coisse crassum,
Unde [s]Aeoliis littera fingitur digammos,
Quae de numero sit magis una consonantum,
Vocalis in istum [t]mage quam versa sit usum.
Sed ut, altera quo [u]referat, alteram sciamus,
I, cum medio nomine sic erit locata,
Vocalis ut illam [x]ex latere utroque coartet,
BAIAna velut, *pEIOr*, item *TrOIA*, vel *hVIVs*,
Ipsa, ut docui, consona fiet a sequenti:
Et si brevis est, quae posita est loco priore,
Longam faciet non minus hanc consona sola,
Ceu longa fit [y]olim quotiens duae sequuntur:
Aut si nimium est hoc dare, vocalis ut una
Fiat similis tempore consonis duabus,
Atque I geminum scribere nos iubent magistri,
I consona fiet, simul et sequens priorem,
[z]Et cum prior est, auxilio posterioris.
Hoc V, simili si fuerit loco, nequibit:
Cum dico *lAVOr*, dico *nIVEs*, [a]*plVVIa*, *nOVAles*,
Sola consonans ipsa fit, ut prius notasti:
Perstat brevitas, quae fuit, ante collocatis.

[p] *haec*] Sic Br. Pet. Mic. *hac* M.
[q] *quis*] Sic Br. Mic. *qui* M.V. Pet.
[r] *praedita*] Ita Br. e conjectura. *praelata* M.V. et al.
[s] *Aeolis* M.
[t] *mage*] *modo* H.
[u] *refferat* H.
[x] *latere ex*] *ex latere* Lachman.
[y] *olim*] *illam* H.
[z] *Et cum prior*] *quae tum prior* Mic. marg. quidam apud Commelin. *Et quae prior* malit Santen. *et cui prior* Lachman. *quae tum p.—posteriori* H.
[a] *pluvia*] *pluviam* M. Mic. Pet. Mutavit Brissaeus, quomodo ed. Lachman. *pluviam* disyllabon esse autumat Santenius. Supra *lavo* Mic. Pet.

Iam caetera non ordine quo solent loquemur,
Verum ut cuique est proximitas loci [b]sonive:
Ne dicta prius me subigat referre rursum
Vicinia vocum modico dirempta puncto.
B littera vel P quasi syllabae videntur,
Iunguntque sonos de gemina sede profectos:
Nam muta iubet portio comprimi labella,
Vocalis at intus locus exitum ministrat.
Compressio porro est in utraque dissonora:
Nam prima per oras etiam labella figit,
Velut intus agatur sonus: ast altera contra
Pellit sonitum de mediis foras labellis.
Vtrunque latus dentibus applicare [c]linguam
C pressius [d]urget, dein hinc et hinc remittit,
Quo vocis adhaerens sonus explicetur ore.
G porro retrorsum coit, et sonum prioris 2388 P.
Obtusius ipsi prope sufficit palato.
At portio dentes quotiens suprema linguae
Pulsaverit imos modiceque curva summos,
Tunc D sonitum perficit explicatque vocem.
T, qua superis dentibus intima est origo,
Summa satis est ad sonitum ferire lingua.
K perspicuum est littera quod vacare possit:
Et Q similis, nanque eadem vis in utraque est,
Quia [e]qui locus est primitus unde exoritur C,
Quascunque deinceps libeat iugare voces,
Mutare necesse est sonitum quidem supremum,
Refert [f]nihilum K prior, an Q siet, an C,
Aut G quoque, vel C, simili parique lege
Addi, quasi desit, numero potest priorum.
Nulli dubium est faucibus emicet quod ipsis
H littera, sive est nota, quae spiret anhelum:

[b] *sonive*] *sonique* Priscian. XIII. p. 961, ubi *locis oriri* quidam mss.

[c] *linguam*] *linguæ* Pet. Santen.

[d] *urget dehinc et dehinc remittit* M.V. Pet. Mic. *dein et dein* Mic. marg. *sed et hinc hincque* Br. vel *sed hinc illincque remittit.* Santenius *dein hinc et hinc*, quem sequitur Lachman.

206. Videndum an aliquid exciderit. Marius Victorinus p. 2455. *nam* muta et otiosa *parte qua c incipit pro qualitate coniunctæ sibi vocis supremum exprimit sonum.* LACHMAN.

[e] *qui*] *queis* H.

[f] *nihilum*] Ita omnes ante Brissæum, qui dedit *nihili*.

Quin hanc etiam grammatici volunt [g] vacare,
Quia non [h] adicit litterulis novum sonorem,
Sed Graecula quaedam scholicae nitela vocis
Vocalibus apte [i] sedet anteposta cunctis,
HAstas, *HEderas*, cum loquor, *HIster*, *HOspes*, *HVius.*
[k] Solas patitur quattuor ante consonantes,
Graecis quotiens nominibus Latina forma est,
Si quando *CHoros*, *PHyllida*, [l] *RHamnes*, *THyma*, dico.
  Septem reliquas hinc tibi voce semiplenas
Vix lege solutus [m] pote nominare sermo:
[n] Has versibus apte quoniam loqui negatur,
Instar tituli fulgidula notabo milto:
Ut quamque loquemur, datus indicabit ordo.

P. L. M. N. R. S. X.

Imum superis dentibus adprimens labellum
Spiramine leni, [o] velut hirta Graia vites,
Hanc ore sonabis, modo quae locata prima est.
Adversa palati supera premendo parte
[p] Obstansque sono quem ciet ipsa lingua nitens,
Validum penitus nescio quid [q] tinire cogit,
Quo littera ad aures veniat secunda nostras,
Ex ordine [r] fulgens cui dat locum sinopis.
At tertia clauso quasi mugit intus ore.
Quartae sonitus [s] figitur usque sub palato,
Quo spiritus anceps coeat naris et oris.
Vibrat tremulis ictibus aridum sonorem
Has quae sequitur littera: mox duae supremae
Vicina quidem sibila dentibus repressis

[g] *vacare*] Sic Br. Mic. Pet. *vocare* M.

[h] *adicit*] Sic Br. Mic. *adiicit* M. Pet. *addicit* V.

[i] *sed et*] *sedet* Pet.

[k] *Solum*] Sic Br. *Sola* M.V. Pet. Mic. *Solas* mavult Santen. et sic ed. Lachman.

[l] *Rhamnes*] *rhamnos* Mic., probantibus Santenio et Lachman. coll. infra v. 788. *rhombus* Marius Victor. p. 2455 = 41.

[m] *poterit ponere*] Sic Br. *potest nominare* M.V. Mic. *potes nominare* Pet. unde Santenius, *pote nominare sermo est.* Lachman. *pote* sine *est*.

[n] *Has*] *His* Bapt. Pius Ann. Post. c. 105.

[o] *velut*] *vel ut* Dawesius M. C. p. 139.

[p] *Obstansque*] *Obstantque* Pet.

[q] *cogit inire*] Sic Br. *inire cogit* M.V. Mic. Pet. *tinire cogit* Lachm.

[r] *pulvis* M.V. Pet. Mic. *fulgens* ex Prisciano XIII. p. 961. dedit Brissaeus.

[s] *fingitur*] Sic Br. *figitur* M.V. Mic. Pet.

Miscere videntur: tamen ictus ut [t] priori
S [u] promptus in ore est, agiturque pone dentes,
Sic [x] levis, et unum ciet auribus susurrum.
Mixtura secundae geminum parat sonorem,
Quia C simul et quae prior est, iugando nissum, 2389 P.
Retrorsus adactam solidant premuntque vocem.
  Nihil Ausoniis esse opus Y sonare dixi,
[y] Et ζῆτα supremum, nisi Graia verba cogent.
  Sed quorsum, ais, hoc discere vel docere refert?
Tradunt homines secta quibus Pythagorea est,
Arcana secuti physicis remota causis,
Summas numeri non ita litteris valere,
Graecus pueros ut docet [z] insonans magister:
Cum tollere cunctos iubet altius sinistras,
Vnum sit ut ἄλφα et duo βῆτα et tria γάμμα,
Diversa [a] valent, alia docent, ordine nullo
Referre putant quae cui sit sub ore sedes,
Vt nos modo [b] temptabimus expedire raptim.
Aiunt aliquas faucibus exilire ab imis,
[c] Γάμμ' ut penitus κάππα sonat, ξῖ simul et χῖ:
Ictam gravius vocis opus fingere linguam,
Si ζῆτα loquor, [d] λάβδα ve, νῦ, vel hispidum ῥῶ
Et σῖγμα, quod istis parili sede vibratur:
Dentes sonitum fingere δέλτα, θῆτα, tum ταῦ,
Itidem parili sede sequi φῖ quoque, [e] tum ψῖ.
Hinc et numeri non similes habere summas,
Et nomina tradunt, ita litteris peracta,
Haec ut numeris pluribus, illa sint minutis,
Quandoque subibunt dubiae pericla pugnae.

[t] *priori*] *prioris* H.

[u] *Promptus*] *S promptus* Br. Pet. Mic. Com. Sant. *et promptus* Lachman. *praeruptus* H. Mox *poene* M.

[x] *levis*] *lenis* J. Lipsius Opp. t. I. p. 465.

[y] *Et*] *Nec* H.

[z] *insonans*] *intonans* H.

[a] *valent*] *valere* Mic. marg. *volunt* Lachman.

[b] *temptavimus*] *temptabimus* Lachman.

[c] *Γάμμα penitus*] *ταυ ut penitus* M.V. Mic. *γάμμ' ut penitus* Mic. marg. Com. in variantt. probante Santenio.

[d] *βῆτα ve*] Sic Br. *αλφα ve* M. V. Mic. *λαμβδα ve* Mic. marg. *λάβδα ve* Lachman. Tum *μῦ* Mic.

265. Ante hunc periit versus, in quo ceteræ labiales β π μ. LACHMAN.

[e] *tum πῖ*] Sic Br. *tum ψῖ* M. Pet. Mic. *tum χῖ* V.

Maior numerus qua steterit, favere palmam,
Praesagia [f]leti minima patere summa:
[g]Sic et Patroclen Hectorea manu perisse,
Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.
Haec sunt quoniam viribus altiora nostris,
Si tam tenues res tibi sic dissero versu,
Vitem ut tenebras, quas solet et soluta versu
Oratio parvis minus explicare rebus,
Sat duco meas hactenus occupasse nugas.

DE SYLLABIS.

Syllabas quae rite metro congruunt heroico,
Captus ut meus ferebat, [h]disputatas attuli
Versibus, sane modorum quo sonora levitas 2390 P.
Addita styli [i]levaret siccioris taedium.
[k]Haec prius, Bassine fili, et tu gener Novate mi,
Perpolite, [l]qua potestis, crebriore limula,
Non pater tanquam socerque, sed velut sim [m]extrarius,
Intueri vos oportet, an satis sit litteris
Singulis discreta recte [n]quae cui est nativitas,
Syllabarum, quas duabus iungimus vocalibus,
Num minus sit scrupulose vis reperta et prodita:
Consonans si praelocatur una, quantum differat,
Vna vocalis duabus praedita est si consonis:
Ne parum vel diligenter lucideve expresserim,
Quanta sit quae comparatur pedibus hinc diversitas.
Sermo si planus pedestri se tenet modestia,
Disputandi quem tenorem doctiores imperant:
Verba si non appetita nec remota plurimis,
Sed fere communis usus et tamen non obvia,

[f] *leti*] *laeti* M. aliique.

[g] *Sic Patroclon Hectorea* M.V. *Sic et Patroclon Hectorea* Pet. *Sic Patroclon olim Hectorea* Br. Lachm. *Sic et Patroclen Hectorea* Mic. Comm. in Var. Lect. quod recepit Santen. *Sic Patroclon olim Hectoris a manu perisse* H.

[h] *disputatas*] *hic locatas* H.

[i] *levaret*] M. ceterique ante Brissaeum, qui contra metrum *sublevaret*.

[k] *Haec prius, Bassine fili*] Priscianus VII. p. 741. *Hic prius tu, Basine fili. Haec prius tu Basse fili* a P. Crinito lectum esse suspicatur Santenius.

[l] *quam*] *qua* Lachman.

[m] *extrarius*] *extraneus* H.

[n] *quae cuique est*] *quae cui est* Ald. Gramm., Inst. *est cuique quae* H.

Carminis servant honorem, non iacentis cantici,
Quo [o]supersidens trapeto signa gyris temperat.
Sufficit vitare labes et carere sordibus,
Pro statu rerum [p]domare lineam fandi parem,
Liberam scholae nitore, vatis exutam stola,
Quae tropos omnes relinquat et superba schemata,
Negligens ut [q]semet ipsa laudem ab incultu ferat:
Dum tamen rebus minutis, [r]quas pedum liber quoque
Vix queat proferre sermo noster offensa sine,
Labili versu ministret [s]inretusos exitus,
Regulam servans ubique, finis ut quarti pedis
Nominis verbive fine comma primum terminet:
Hac enim [t]tome probatur metron hoc trochaeicum.
Hunc modum si competenti pertulit ductu stilus,
Sive [u]proviso tenore cessit [x]effectus labor,
Acrius vos pendite ista, quam malignis moris est:
Hoc domi clausum manebit, nec sinam nosci prius,
Scrupulum quam vestra demat hunc mihi sententia,
Opera nobis haec inanis [y]anne in usum impensa sit.
Sed labor vobis ferendus in legendo est maximus:
Non enim cursim aut remisse tam minuta acumina
Adsequi quicunque poterit, sed morosa intentio
Tam [z]legentis debet esse, quam fuit nobis quoque,
Qui laborem provocando, perdomando taedium,
Forsitan [a]nec lecta multis e latebris scalpsimus,
Ardui laudem expetentes, non favorem ex obviis.
Corrigenda si qua sane visa vobis hinc erunt,
Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea,
Quin statim culpanda delens praebeam rectis locum.
  Litteris autem Latinis, Graeca quibus est formula,

[o] *super sedens*] Sic Br. *supersidens* M.V. Mic. Pet. *super insidens* Servius ad Virgil. Georg. II. 529.

[p] *domare*] *donare* Pet. *tenere* Lachman.

[q] *semet ipsa*] *semet ipsam* Pet. *semet ipso* malit Santen.

[r] *quas*] Sic Brissaeus. $\overset{m}{q}$ M. *quam* Pet. Mic.

[s] *in retusos*] *irretusos*, i. e. faciles et sponte fluentes tomarum terminationes, Santenius. *inretusos* Lachman.

[t] *tome*] *toma* H.

[u] *proviso*] *provisio* V.

[x] *affectus*] *effectus* M. et alii. *affectus* Br. e conj.

[y] *an*] Sic omnes praeter Brissaeum, qui dedit *aut*. Santenius legerit *anne*, quomodo ed. Lachman.

[z] *legentis*] *legenti* Dawes. H.

[a] *nec lecta*] *neglecta* H.

Quo statim discriminentur, ne sit haesitatio,
Indices supra locavi nominum primas notas. 2391 P.
Quando Graece [z] *γάμμα*, supra sua Latinis littera est:
[aa] E vel O Graecum putetur ne Latinum E vel O,
Neu vicissim quae Latina proferas Graeco sono:
Haec erunt utrinque bina, quae parent caliginem,
Quia pari forma notantur et soni sunt simplicis.
[b] [Caeterum] *ἦτα* et Υ et Ω, Latinis a figuris discrepant:
A [c] Latine saepe ut *ἄλφα*, saepe [d] *λάβδα* scribitur,
I similiter *ἰῶτα*, [dd] credi et C potest quod *σῖγμα* sit.
Versibus sed cum loquamur, quando Graeca ponimus
ἄλφα, ἰῶτα, λάβδα, σῖγμα, [e] lege metri cogimur
Syllabis [f] perscriptitare, non figuris singulis:
Ne quis hoc culpet, Latina si notata non erunt.
Artium parens et altrix Graeca diligentia est:
Litterarum porro curam nulla gens attentius
Repperit, polivit usque finem ad unguis extimum:
Quod Latinus aemulando, nec satis fidens [g] sui,
(Exitus nam nostra lingua non capit tam plurimos)
Attamen fandi paravit non secundam copiam.
Congruens idcirco duxi in hoc opus de syllabis
Quod recepi nunc loquendum litterarum origines
Inde deductas locare, quo probarem planius
Et simul quam multa Graecis nostra non respondeant,
Quaeque respondent ab ipsis esse nobis tradita:
Artis inde origo manat, lingua non tantum patet.
Ergo Graecis esse septem scimus e vocalibus
H et Ω, quae bina pedibus subministrant tempora,
E et O breves vocari singularis temporis:
Caeteras tres quae supersunt *διχρόνους* cognominant,

[z] *γάμμα*] *κάππα* Bentleius, qui v. seq. *ne Latinum K vel O.*

[aa] *C vel O graecum putetur ne latinum E vel O* M.V. *E vel O graecum putetur ne l. E vel O* Mic. *Latinorum* Lachman. *e vel o Graecum putetur vel Latinum. at e vel o.* Auctor vult, E. O literae Latinae respondent Graecis quae habent eandem formam E. O. et illis quae diversum H. Ω. H.

[b] *Caeterum* delendum videtur Santenio. *Caeterum ἦτα et ω Latinis* Lachm. Ψ pro Υ Mic.

[c] *Latine*] *Latinae* Pet.

[d] *λάμβδα*] *λαβδα* M. hic et infra.

[dd] *scribi et S* H.

[e] *legem*] *lege* M. Pet. Mic. *lege* V. *cogimur legem metri* Dawes.

[f] *perscriptitare* M.V. Pet. Br. *praescriptitare* Mic. Comm. Dawes.

[g] *sui*] *suis* Lachman.

Corripi quod saepe, eaedem saepe produci valent:
Ἄλφα primum est, inde ἰῶτα, tertium quod Υ vocant:
Porro cunctas nostra lingua quinque vocales suas
Corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,
Vtitur longis, et eisdem brevibus aeque fungitur,
Nec brevem semper requirit, semper aut quae longa sit,
Omnibus sed quinque semper utitur ceu dichronis.
Inde multa syllabarum nascitur diversitas,
Quia nec illae δίχρονοι tres, Graeca quas vox nuncupat,
Litteris nostris eosdem semper exhibent sonos.
Ἄλφα nos A nominamus, ἰῶτα sic I dicimus:
Tertiam Romana lingua, quam vocant Υ, non habet:
Huius in locum videtur V Latina subdita,
Quae vicem nobis rependit interim vacantis Υ,
Quando communem Latino reddit et Graeco sonum.
Interim [h] vocalem et ipsum, sumpta propter quod fuit,
Non tuendo, syllabarum saepe mutat regulam:
Scilicet non consonantem quando vocalis ligat
Syllabam, sed cum duabus edimus vocalibus:
Si prior locetur, ipsa consonans tunc redditur. 2392 P.
Porro vocalem secuta vim tenet vocalium,
Et sonos utrosque iungit, unde dipthongos eas
Graeciae dicunt magistri, quod duae iunctae simul
Syllabam sonant in unam, vique gemina praeditae
Semper effectum duorum temporum custodiunt,
Sive producto efferantur sive correpto sono.
Fronte quod prima videri forsitan mirum potest,
Esse correptam duorum temporum quod dixerim:
Sed pedum exequendo formam res erit probabilis.
Non minus nanque et Latinas saepe correpto sono
Promimus, quanquam duabus editas vocalibus,
Quae pedibus aeque ministrant bina et ipsae tempora.
Planius quo fiat istud, ante diphthongos loquar,
Graeca lingua quas frequenter quasque raro interserat:
Ita patebit nostra Graecis cum sonis diversitas.
Ἄλφα et E et O priores ἰῶτα diphthongos creat,
AI et EI et OI parentur ut duabus litteris:

[h] *vocalem*] *vocale* Lachman. In fine versus *fuit* supplevit Pet. probantibus Santenio et Lachmanno. *tamen* Briss.

Sic et Υ sequens easdem reddit ΑΥ et ΕΥ et ΟΥ:
Ἰῶτα tantum et Υ videmus subditas vocalibus:
His enim solis duabus quinque praeponi solent,
[i]Quando et ἄλφα, quod videtur dichronon, praeponitur.
Neutra porro de duabus ante tres istas data,
Ἄλφα et E et O, valebit esse diphthongi soni,
Syllabam nec edet unam, sed duae voces erunt.
Esse diphthongos et alias rariores diximus,
Υ sibi tantum iugantes, ἰῶτα quis non subditur:
ὨΥτὸς ut tradunt magistri, sic et ΗΥδα copulant:
Esse sed longas utrasque litteras primas palam est,
Nec fuit longis iuganda vel [k]brevis vocalium
Syllaba, ut diphthongos ulla temporum fieret trium:
Non ita est, nec prima longis Υ dedit nativitas
Vtriusque, verum origo iure diphthongos fuit:
Tempore instanti quod ΑΥδᾳ, ΗΥδα [l]perfecto facit:
Sic ὁ αὐτὸς separatim, ΩΥτὸς immistum sonat.
Ergo [m]diphthongo creata Υ sibi [n]adnexam tenent,
Det licet longam priorem flexa declinatio,
Vel duas partes in unam contrahat confusio.
Quin et Υ loco priore ἰῶτα si subiunxeris,
Effici diphthongon unam posse nec plures reor:
ΥΙες ut dicunt [o]Achaei, γΥΙα, μΥΙα, et talia,

Porro diphthongos Latini quattuor fixas habent.
Quattuor [p]ideo separavi, quinta quod sit rarior.
Ex quibus statim videbis non ut in Græcis sonis
Ἰῶτα subiungi necesse est, alteram vel [q]Υ dari,
[r]Semper I vel V Latinas posse subdi caeteris.
Ἄλφα semper atque ἰῶτα quem parant Graecis sonum

[i] Hunc v. delevit Brissæus.

[k] *brevis*] *brevi* Lachman. qui ad *vel* apponit *immo* et ex.

[l] *perfecto*] *infecto* Lachman.

[m] *diphthongo creata*] *diphthongis creatis* H.

[n] *adnexam*] *adnexum* Pet. vs. 414 deest Mic.

[o] *Achaei γυῖα*] Sic Taylorus Lect. Lys. p. 333. ed. Reisk. *αηλογγυια* M. *ἄκυλα γυῖα* Petrec. *ἀειλογία* Brissaeus. *ἄοιδοι γυῖα* Schott. Obs. IV. 1. *ἄγυιά γυῒα* Mic. in Corrig. *ἄγυια* Comm. *ἀγυῖαι γυῖα* Bentleius. Ἀ*χαιῶν, γυῖα* Lachman. Infra 458. *Sic et* Αἰνείαν *Achaeus*. 482. *auspices cum dico et aurum sive Graecus αὔριον* 658. *quamque ἴτυν dicunt Achaei, hanc vitym gens Aeoli.*

[p] *ideo*] *eo* Lachman.

[q] *V dari*] Υ *dari* M.V. Pet. Mic. probante Santenio.

[r] *Semper E*] Sic Br. *Semper I* M.V. Pet. Mic.

A et E nobis ministrant: sic enim nos scribimus.
[s]Οι similiter O E: et E fit, ἰῶτα quod Graecum fuit.
AV et EV cum copulamas, V secundam iungimus 2393 P.
[t]In vicem Graecae, quod Υ subdita [est] vocalis V.
[u]Graeca diphthongos sed O Υ litteris nostris vacat,
[x]Sola vocalis quod [y]V [z]complet hunc satis sonum.
E, deinde [a]ἰῶτα, Graeca quod diphthongos EI sonat,
Non erit semper necesse copulatas scribere,
Seu [b]Latina seu iugetur Graeca longa syllaba:
Ἰῶτα solum quod videmus saepe produci vel I:
Ἴλιον nam [c]sic iubemur scribere et producere:
DIco sive *FIdo*, longae sunt priores syllabae,
Nec tamen nos E necesse est [d]post I subnectere:
Nec potest diphthongus aliter e duabus litteris
Ista componi, nisi ante principali in corpore
E subesse ratio monstret, atque origo nominis:
[e]ΔΕΙμος inde sic notamus, quia [f]δΕμος reprenditur:
Inde ΜήδΕΙαν [g]oportet scribere isdem litteris,
Quia δέος non minus et istic, ut videre propalam est,
Ipsa demonstrat subesse compositio nominis.

[s] O *similiter* Ου: *et* E *fit*, Ἰῶτα *quod Graecum fuit.* Nempe Ου literae Graecae O nomen accipi volumus, quemadmodum apud veteres obtinebat. DAWES. OI *similiter* OE Santen.

[t] *In vicem Graecae quod* Υ *sic subdita est vocalis* V. Dawes. *quod* ῦ *haec sub.* Lachman. *Invicem Graecae quod* Υ *sic subditur vocalis V.* Eldikius. *est* om. M.V.P.

[u] Alibi legitur "Graeca di-" phthongus sed ου litteris nostris" vacat [sic cod. MS. ap. Dawes.] " Sed lex carminis reclamat. Ul-" tima *diphthongus* producitur jure " caesurae." BRISS. Male viro docto cessit conjectura, adversatur enim normae a Terentiano propositae supra v. 308. Dawesius ita locum restituit: *Graeca diphthongus sed autem* ΟΥ *literis nostris vacat.* H. autem sic: *Graeca sed diphthongos* ου *ex literis nostris vacat* Lachman. ο ῦ, διαιρετικῶς.

[x] *Sola vocalis quod V data complet hunc satis sonum.* DAWES. Hodie vero legerim, *quod ista complet*—h. e. vocalis u modo memorata. IDEM in Addend. p. 497. ed. Burg. Santenius proposuit, *Sola vocalis quod V compleret hunc s. s.* Eldikius, *quod V jam complet,* Wassenberg. et Burgess. *Sola vocalis quod hunc V compleat satis sonum.*

[y] *V*] *u* ου Lachman.

[z] *complet*] *complebit* H.

[a] *Et* ἰῶτα *G q. sonat d.* ει H.

[b] *Latine* H.

[c] *sic*] *si* H.

[d] *post et I connectere* H. Santenius *ιωτα post subnectere.* Trappenius *post id I subnectere.* Wassenbergius, *Nec tamen post I necesse est nos et E subnectere.* Lachman. *posta et i.*

[e] *δεμος repraehenditur* M. *δέος deprenditur* Lachman.

[f] *δεῖμος*] *δεῖλος* H.

[g] *oportet*] *te oportet* Lachman. Mox *iisdem* M.

Scribimus si quando *ν*I*κος*, *ἰῶτα* solum sufficit,
Nulla praecedens origo quia subesse monstrat E.
Porro diphthongon notamus, quando *ν*EI*κεῖν* scribimus,
Ἦτα quod compago ficti comprehendit nominis:
N*ὴ* et EI*κειν* nanque iunctis conditum est vocabulum,
Quippe non cedendo semper quaeritur victoria.
Litteram nanque E videmus esse ad *ἦτα* proximam,
Sicut O et Ω videntur esse vicinae sibi:
Temporum momenta distant, non soni nativitas.
Inde vertunt hanc in *ἦτα* saepe diphthongon [h]Graii,
Quando quos *ἱππ*EI*ς* solebant aut 'A*χαρν*EI*ς* dicere,
Levigant, *ἱππ*H*ς* que potius aut 'A*χαρν*H*ς* nominant,
Nosque MedEam Latine sic in usum vertimus,
Nomen et regina gessit quod furens Amazonum:
Sic et A*ἰν*EI*αν* Achaeus, noster *AenEan* vocat.
Sic erit nobis et ista rarior diphthongos EI,
E videmus quando fixam principali in nomine,
EItur in sylvam, necesse est E et I connectere,
Principali nanque verbo nascitur, quod est EO.
Sic *ovEIs* plures et *omnEIs*, scribimus pluraliter.
Non enim nunc addis E, sed permanet sicut fuit:
Lector [i]et non singularem nominativum sciet,
Vel sequentem, qui prioris saepe similis editur.
AV et EV quas sic habemus cum Graiis communiter,
Corripi plerunque possunt temporum salvo modo,
Sive Graecis seu Latinis inserantur versibus:
AVt age inquit ille vates, saepe dixit *AVt ubi:*
Dixit *AVrunci*, quod aeque barbarum est producere:
Pes ubique lege constat, prima cum correpta sit,
Consonans et una plenum non queat tempus dare.
Et *lupi cEV* dixit idem, finis est versus quidem, 2394 P.
[k]Pes tamen non est trochaeus, quia diphthongos extima est:
Dactylus nam pes et ille est, *nube nati cEV duo:*
AΥ *ἔρυσαν* inquit poëta, sic et AΥ*τὰρ* corripit:
EΥ*πολιν*, *π*EΥ*κην* et EΥ*νουν*, aut poëtam EΥ*ριπίδην*,
Syllabas primas necesse est ore raptim promere:

[h] *Graii*] *Grai* Lachman. quomodo legendum monuit Santenius. ad Lucret. I. 3.
[i] *et—sciet*] *ut—sciat* Wakefield
[k] *Pes—trochaeus quod diphthongus* H.

Tempus at duplum [l]manebit, nihil obest correptio.
AV tamen capere videtur saepe productum sonum,
AVspices cum dico, et *AVrum*, sive Graecus AΥριον.
Mira nec putanda nobis talis alternatio est,
[m]Dichronon quod ἄλφα notum est, sicut A nostratibus:
Inde communem ministrat sola diphthongus sonum.
EV manet correpta, semper est quod E Graecum breve:
[n]Litteris et E Latinis saepe cum sit dichronos,
Facta diphthongos nequibit esse producti soni:
Nec pedes idcirco fraudat temporum iusto modo:
Hanc enim si protrahamus, A sonabit, E, et V,
Syllabam nec invenimus ex tribus vocalibus.
Sic *AristAEVm* notamus quattuor per syllabas,
Quod sibi diphthongos AE iam tertiam non iungit V.
His ita exceptis duabus AV et EV quas rettuli,
I et O duae supersunt quinque de vocalibus.
Ante vocales locari littera O tres non potest,
A vel I vel V, cohaerens duplicem ut reddat sonum.
Caeterum quod E, secundo copulata cum loco est,
Reddat OE diphthongon, esse traditum supra tenes.
Diximus rarum esse Graecis ἰῶτα post Υ subdere:
Verum enim nec praelocari sic apud Graios potest,
Edat ut diphthongon unam de duabus [p]voculis.
Litterae nam nomen ipsum, ἰῶτα quod Graius vocat,
Si quis in metro locabit, syllabae ut fiant duae,
Non potest diphthongos esse IΩ duabus litteris,
Consonans prior locata quia fit et Graios apud.
Quod tibi exemplo probare versus herous potest.
Οὗτος ἰῶτα γράφει, versus si principium sit,
Pes erit primus trochaeus, sed facit [q]spondeon hunc
Prima vocalis, notari ἰῶτα qua Graium incipit,
Syllabas licet videri potius has Graeci velint
Esse communes, easque dictitent κοινὰς magis.

[l] *manebit*] *manere* H.

[m] *Quando et ἄλφα quod videtur dichronon praeponitur.* H.

[n] *Litteris E Latinis*] Nescio quis apud Santenium, *Litteris sed E Latinis.* Santenius et Lachman. *Litteris et E Latinis.* Wassenbergius *Litteris E in Latinis.* H. *Litteris et in E.*

[p] *vocalibus*] *voculis* Dawesius, *vocibus* Micyllus in marg. et sic ed. Lachman.

[q] *spondeon*] Sic Santen. *spondion* edd.

Quaeque vocalis sequetur quando supremam brevem,
I magis Romana lingua non potest praemittere,
Edat ut diphthongon [r]ulli nexilis vocalium,
Consonans quod semper haec fit ante vocales data,
Quippe *IAcula* quando dico, vel *IEcur*, *IOvem* [s]aut *IVbam*,
Consonans effecta ubique est quae fuit vocalis I:
Quae [t]secuntur vim tenebunt, quam prius, vocalium.
  Quin et ipsae cum iugantur I et V, quo differant,
Vt prior quaeque est locata, proderit distinguere.
I prior si [u]collocetur, V sequens correpta sit 2395 P.
An soni prolixioris, nulla differentia est,
Consonans quia semper ista iuncta sit vocalibus:
IVno cum dico, aut *IVvencus*, nulla differentia est.
Quippe IV diphthongos esse Graeca nequaquam potest,
Quod soni tres implicentur [x]e tribus vocalibus.
Quando sic Graece [y]notatur ut sit O et Υ simul:
'Ιῶτα [z]quis si praelocetur, tres videmus voculas,
E quibus constare supra syllabam negavimus.
Sic ἰοὺ ἰοὺ tragoedus Graius et ceryx sonat,
Sic [a]*IO matres Latinae,* sic *IVlum* dicimus,
Quia duas edat [b]necesse est syllabas, cum praedita est,
Quas videmus separatas esse vocales duas,
Vim vel amittat priorem, cum fit una syllaba:
Consonans nanque invenitur, quando dico *IVlius*,
Sive *IVno*, sive *IVstus:* porro cum [c]praecedet V
Consonantis vim [d]ministrat omnibus vocalibus.
Nexa semper haec necesse est, syllabam nec dividat,
Et sonum mutet priorem, *VAde* quando dicimus,
Vel *VEnito*, vel *VIdeto tot VOlatus VVlturum.*
Ante consonam V reperta sola sive in syllaba,
Vnus, aut *Vbi*, vel *VNde*, et *VMbo* quando dicimus,

[r] *nulli*] *ulli* H. et sic Santen. et Lachman.
[s] *aut*] *an* M. Pet. Mic. *aut* Briss. Mic. in marg.
[t] *secuntur* M. Pet. Mic. *sequuntur* Briss.
[u] *conlocetur*] *collocetur* M. Pet. Mic.
[x] *et tribus*] *e tribus* conj. Santenius, ed. Lachman.
[y] *notatur ov*] *ov* delevit Lachman. cum Burgessio.
[z] *queis*] *quis* M. Pet. Mic.
[a] *io m. L.*] Virg. Aen. VII. 400.
[b] *necesse est*] *est* om. Briss.
[c] *praecedet*] Sic Briss. *procedet* M.V. Pet. Mic.
[d] *ministret*] *ministrat* M.V. Pet. Mic.

Obtinet vocalis usum, sicut I cum praedita est.
  Quanta vero sit potestas singulis iunctis sibi,
Vt prior quaecunque curret, hoc pedes discriminant,
Scandimus si quando versum quolibet metro datum.
Nanque si momenta quae sint litterarum examines
[e]Consonantum aut quas necesse est consonantes effici,
Tempus unum iam tenemus esse correptis datum,
Bina productas habere nec minus [f]compertum est:
Tempus autem consonantes dividunt unum duae,
Inde quae duplex habetur, tempus integrum dabit.
Ergo [g]correptae iugatur una quando consonans,
Sive vocalis, referri quae potest in consonam,
Sescuplum tempus necesse est edere [h]istam syllabam,
Quae duplex habere posset ab duabus consonis.
Ac per hoc producta per se, quae duorum temporum est,
Consonae cum subiugatur vel relatae in consonam,
Temporis parte atque duplo sit, necesse est, praedita.
Hoc sub exemplis videbis esse planum nominum,
Syllabas ex his duabus quae parant vocalibus,
IVno, VIta, quando longas, vel *IVba* aut *VIgor,* [i]breves.
Consonas fieri necesse est hic priores litteras,
Quae sequuntur, ut fuerunt, esse vocalis soni.
Temporis momenta longae possident partem et duo:
Sescuplum breves habere [k]parte et uno convenit:
Pars enim ista non sequenti prorogat tempus suum,
Sed priori, pleniore si indigebit tempore. 2396 P.
Syllabam nam iam peractam cum sequetur I vel V,
Illa porro brevis [l]quae in unam consonantem desinet,
I sequens partem rependet, quam ministrant consonae:
Hoc et V praestare poterit, cum tenebit hunc locum.
Rursus exemplis agendum est. Ergo, quo sit planius,
Syllabam brevem ante ponam desinentem in consonam:

[e] *Consonantem*] *Consonantum* Pet. Dawes.

[f] *compertum est*] *compertum erit* Lachman. *comperta sunt* H.

[g] *correptae*] Sic Briss. *correpta* M. Pet. Mic.

[h] *istam syllabam*] *isti syllabae* H.

[i] *vetus*] Ita explevit Brissaeus lacunam antiquarum editionum. *breves* H. et sic Santen. Manus ignota in margine exemplaris Ruhnkeniani apud Santenium, *vel,* breves, *iuba, aut vigor.*

[k] *parte et uno* M.V.P. Mic. Pet. *partem et unum* Br. Supra *sescuplum* H.

[l] *quae in*] *quae* del. Lachman.

AT IVbam pes ut paretur, sit vel alter *AT VIgor*,
Sic enim partem videbis huc redire temporis.
A brevis dum consonanti T propinquae iungitur,
Tempori suo [m] ab eadem [n] consona partem trahet.
Sescuplum quod dico sic fit: plena quo sint tempora,
I dabit partem residuam, quam ministrant consonae:
Hoc et V, pedem locare si velimus *AT VIgor*;
Longa fit [nn] sic prima positu tunc duorum temporum,
Et breves ambae manebunt insequentes syllabae,
Quattuor pedem peractum cernis esse temporum.
IVno porro, sive *VIta*, cum pedem primum occupat,
Consonans effecta cum sit quae prior locatur I,
Et sequens, producta quippe, bina praestet tempora,
Parte censeri videmus atque duplo syllabam.
Hinc pedem si coeperimus edere iterum dactylum,
Quia brevis vocalis extat in sequenti syllaba,
Tertiam addamus necesse est [o] utique correpti soni:
Pes quidem [p] reddetur ipse, non tamen pars temporis
Consonae factae prioris, cernimus quo cesserit.
Ergo ut effectus probetur, consonans cum fiet I,
Non erit locanda prima, quando versus nascitur,
Syllaba sed in [q] secunda, quae brevis cum consona
[r] Esse poterit, priores qua pedes adiuvimus,
Sescuplum quae sola praestat, temporis parte indiget,
Vt sit [s] *AT IV* pes, et inde versus ortum sumpserit.
Ergo *IV* quia nunc secundo conlocatur in loco,
I sua, quam consonantem non negamus redditam,
AT facit longam, tenebat sescuplum quae temporis:
Nec secus partem retrorsus [t] V dabit, cum consona est.
[u] Fiet *AT IV* pes solutus, fiet *AT VI* par ei,
Syllabas longas habebunt hi pedes binas ita,

[m] *ab eadem*] *de eadem* Lachman.

[n] *consona*] Sic Br. *consonae* M. V.P. Pet. Mic.

[nn] *sic*] *si* Lachman.

[o] *utique*] *aeque* H.

[p] *reddetur*] Sic Briss. Mic. *redditur* M.V. Pet.

[q] *secunda*] Post h. v. excidit versus: nam quae sequuntur ad primam syllabam pertinent. LACHMAN.

[r] *Esse potuerit*] Sic Br. *Esse poterit* M.V. Pet. Mic. *poterit hac* Mic. in Corrig. *esse poterit t* Lachman. Infra legendum proponit Santenius: *quae brevem cum consona Et sequi poterit.*

[s] *at iu*] Sic Br. Mic. *AT VI* M. V.P.

[t] *T dabit*] *V dabit* Santen. cum Micyllo in marg.

[u] *Sic at vi pes absolutus*] *fiet at*

Dum situ prior iuvatur, et sequens producitur.
Porro cum producta prima est, si sequatur consonans,
Efficit duplum atque partem; non, ut illic diximus,
Ante partem et inde duplum, prima non quod non sit brevis.
Sol tibi velut poëta *signa* cum dicit *dabit*,
Sufficit [x]producta prima temporis duplum dare,
Pars residua consonantis unius vel proximae
Ita vacabit, ut vacabunt, quando plures consonae
Sponte productam sequentur non [y]egentem subsidi;
TRANs mare atque *insignis AVSTer* si in pedem convenerint.
Est adhuc quo separatae I vel V dissentiant. 2397 P.
I media cum [z]conlocatur hinc et hinc vocalium,
TrOIA sive *MAIA* dicas, *pEIOr*, aut *iEIVnium*,
Nominum primas videmus esse vocales breves,
I tamen sola sequente duplum habere temporis.
Ergo vel loco duarum consonantum fungitur,
Vel gemella si locanda est, ut videtur pluribus,
Bis tibi vocalis eadem praebet usum consonae,
Ante, vocalem sequendo, cum priore syllaba,
Praedita et mox insequenti, iure quo fit consonans.
Hoc in his tantum invenimus nominum vocalibus,
I secundo conlocata consonae ut valeat loco,
Ante vocales quod alias cum locatur exhibet.
V similiter si [a]locetur, ut *fAVOr* cum scribimus,
Nil iuvabit A priorem media facta consonans,
Temporis quia parte tantum fungitur, cum [b]praedita est.
Vel licet ponas gemellas, sicut [c]est verbum *IVVO*,
Ante quae locatur I [d]fit ab [V] sequenti consonans:
Ipsa vocalis manebit V brevis sicut fuit,
V secundam in consonantem [e]transferet vocalis O.
Sic prior vocalis V, quae tempore uno praedita est,

vi pes absolutus M.V. *Fiet at iu pes absolutus. fiet at vi par ei* Pet. Mic. *solutus* H. Lachman. Coniicit Sanenius primo, *Pes ut absolutus AT IV, fiet AT VI par ei*, tum in Addendis, *Pes et absolutus* etc.

[x] *productam primam*] Sic Br. *producta prima* M.V. Pet. Mic.

[y] *egent subsidii*] *egentem subsidi* Dawesius. *egent quia subsidi* Mic. marg.

[z] *locatur*] *conlocatur* Dawesius.

[a] *conlocetur*] *locetur* Dawesius.

[b] *praedita est*] *ut praedita est* Briss.

[c] *in verbo iuvo*] Sic Briss. *est verbum vivo* M. *sicut est verbum iuvo* Pet. Mic.

[d] *fiet*] *fiat* M.V.P. *fiet* Br. *Fiat ante quae locatur a sequenti consonans* Mic. *fit ab V sequenti* Santenius. *fit ab sequenti* Lachman.

[e] *transfert*] Sic Br. *transferet* M.P. Pet. Mic.

Temporis parte adiuvatur a [f] sequenti consona.
Sescuplum tempus videmus, longa cum poscat duo:
Proderit nil ergo gemina, sicut I bis profuit,
Cum facit longam priorem [g] *TrOIA*, *MAIA*, et talia.
Perdere V quia sic videtur usque vocalem sonum,
Alteri cum praelocatur, nam facit *VIta* et *VAlens*,
Sordidum [h] quiddam [i] videmus absonumque excludere.
[k] Aeolica gens tunc digammon denique illam scriptitat,
Mutet ut situm figurae, quando mutabit sonum.
Nominum multa inchoata litteris vocalibus
[l] Aeolicus usus vertit, et digammon praeficit.
[m] Aeolica dialectos autem mista ferme est Italae.
Hesperum quem dico Graece, *VEsperum* [n] cognominat.
Ἑστία sic *VEsta* facta, *VEstis* ἐσθὴς dicitur.
Ἶνα quam Graece vocamus, *VIm* iubet me dicere.
[o] Εἶαρ est multis in usu, sed magis poëticum est,
Ἦρ enim nativa vox est: ille *VEr* hoc dictitat:
Quos Homerus dixit Ἑνέτους, ille *VEnetos* autumat.
[p] Et *VIola* flos nuncupatur, quem Graii vocant ἴον:
[q] Et *Iolaus* ille *VIolens*, crede Marco Tullio.
[r] Quamque ἴτυν dicunt Achaei, hanc [s] *VItym* gens Aeoli:
Plura Sappho comprobavit [t] Aeolis et caeteri.
V Latina sic obesa sordet, a vocalibus
[u] Prorsus ut segregandas sic utrasque existimem,

[f] *sequenti*] *a sequenti* Pet. Mic. *ex sequente* H.

[g] *Troiia Maiia*] Sic Br. Santen. *Troia Maia* M.V.

[h] *quiddam*] *quidam* V.

[i] *videmus*] *videmur* Lachman.

[k] *Aeolica*] *Aeolum* Vossius et Terhaerius. Mox *incohata* M.

[l] *Aeolicus usus reformat*] *Aeolicus usus vertit* M.V. Pet. Mic. *reformat* Brissaeo debetur. Asteriscum versui praefigit Micyllus. *Usus Aeolicus reformat* Dawes. *Aeolicus ususque vertit* Santenius. *Aeolicus usus ita vertit* Lachman.

[m] *Aeolica dialectos autem mista ferme est Italiae*] Sic M. Mic. Pet. *Aeolum dialectus autem est fere mista Italae* Dawes, p. 114. *enim mista fuit* I. H. *Aeolica zalectos* Lachman.

[n] *cognominat*] *cognominant* V. Mox εστης M.

[o] Ἔαρ] Εἶαρ—*sed magis* Santen. cum Micyllo in addendis. *et magis* M.

[p] *viola flos qui nuncupatur hunc Graii v. ἴ.*] Sic Br. *Et Viola flos nuncupatur quem Graii vocant ἴον* M.V. Pet. Mic.

[q] *Et IOLAVS ille VIOLENS*] Ita M.V.P. Mic. Pet. *Et Iolaus violeus fit* Brissaeus. *Et Iolaus ille Violas* Dawes.

[r] *Quan*$\overset{m}{q}$ M. *Quanq;* Mic. *Quamque* Sanctius Minerv. IV. 16. et Dawes.

[s] *βίτυν gens Aeolis*] *VITYM gens Aeoli* M.V. Mic. Pet. *ϜITYN* conj. Santenius.

[t] *Aeoliis*] *Aeolis* M.V.P. Pet. *Aeoles* Mic. Sant. *Aeoliis* Briss.

[u] *Prorsus ut ego segregandas sic*

[x] Nomen I quod consonantis, V vicem solam gerat:
Hanc enim sensu per artem tradito dinoscimus,
Illius conversionem et vox et aures arguunt.
Haec erit lex his duabus I et V [y] quas rettuli, 2398 P.
Syllabam per semet ipsae quando nudam copulant,
Consonans nec ulla iunctis [z] quaelibet praeponitur.
Nam media post consonantem cum datur vocalis I,
V dein si consequatur, syllaba una non erit,
Vt *PIVs* cum dico, [a] *DIVs*, *oCIVs*, vel *CaeLIVs*.
Nulla diphthongos quod ante *ἰῶτα* [b] praemitti sinit,
Media porro si locetur V, fit una syllaba,
Ecce rursum discrepare litteras istas vides.
Nanque *cui* siquando dico, non erit dissyllabon:
Nec tamen diphthongos ista consonante praedita
Poterit esse, quae videri non potest cum libera est:
Hoc enim solum adsequetur quod [c] digammos non erit,
Anteposta cum sit ipsa, tum sequens vocalis I:
Nam nisi insequatur aliqua consonantum littera,
Cui brevis manebit, atque longa fiet addita:
[d] *Cui super non digna* dixit *hyemis et solis mala*,
Dixit et [e] *cui tu favos:* pes hinc mihi primus sat est.
Sic enim vel prima longa vel prior fit syllaba:
Dactylus nam *cui super*, *cui tu* sequens spondeus est:
Consonans quia post secuta tempus [f] adiuvit breve:
Hanc brevem sed ante nobis pervidendum est syllabam
Vna consonans secuta quatenus longam creet:
Ipsa nam vel secum habere consonantem debuit,
Vel duarum post sequentum sublevari tempore:
Ante quod nobis liquere non potest, si non prius,
Consonans quae prima in ista syllaba *cui* scribitur,
[g] C magis vel Q notari debeat, dispexeris:

utrasque existimem] Ita Mic. Pet. *Prorsus ut segregandas sic utrasque existimem* M.V.P. *Prorsus segregandas sic ut has utrasque existimem* Brissaeus. *Prorsus ut vi segregandas* Lachman.

[x] *Nomen*] *momen* Lachman.

[y] *quas*] *quam* H.

[z] *quaelibet* M. aliique. *quaedam* Br.

[a] *dives*] *dius* Micyllus, quem secuti sunt recentiores. tum *ocium* Mic.

[b] *permitti*] *praemitti* Pet.

[c] *digammon* M. Pet. Mic. *digammos* Briss.

[d] Geo. II. 373.

[e] Geo. I. 344.

[f] *adjuvit*] *adjuvat* H.

[g] *C magis vel Q*] *C magisne an Q* conj. Santenius ad v. 1062.

Saepius quia C locare plurimis jam moris est:
Sic enim constare poterit, e duabus quae magis
Nunc locum vocalis habeat, V prior vel I sequens.
Nanque [h] si Q praeferatur, syllabae fient duae,
Tertia his quod implicari nulla vocalis potest,
Sed duae fient seorsae syllabae per se breves.
[i] *Cui super* sic inveniri dactylus jam non potest,
Syllabas sed pes habebit quattuor [k] totas breves.
Principale sed videmus esse *quis*, quo nascitur
Cui, dativum quando casum ratio sermonis petet.
Casus et secundus ante, qui facit [l] *quius*, probat
Q duarum praeditam esse syllabae vocalium:
Quartus et casus priori non repugnat regulae.
Nec minus Q perseverat, cum loquor pluraliter,
Casibus cunctis iugamus quando vocales duas,
Q VI facit, *Q VOrum* deinde, mox *Q VIbus*, *Q VOs, a Q VIbus:*
Vsque Q nunquam revelli propalam est pronomini.
Dubius autem quia videri numerus et casus potest,
Cum dativo singulari prima Q praescribitur,
Et potest plurale *qui* lector aliquis [m] credere 2399 P.
Ac simul nutante casu tardius sensum sequi,
Vsus, ut solet, reliquit veritatis regulam,
Litteram et dedit propinquam, dum studet compendio.
Ergo per C iam videmus *cui* notandum literam:
Hanc enim V post insecuta praeditam docet sibi,
Et cohaerens I secundo quando connexa est loco.
Quippe Q non constat aliter quam duabus C et V:
B velut vel K, quod esse Q vides muti soni:
[n] Q velut sit C et V quoque, plenius quod postmodum
Sic in unam Q redactae congruerunt litteram,
Portio ut nunc consonantis V videri rectius

[h] *si cu*] Sic Brissaeus. *si C* M. V. P. Mic. Pet. Santen. *si q* vel *quu* Lachman.

[i] Rectius *quuï*. LACHMAN.

[k] *totas*] *totus* conj. Santenius.

[l] *QVIVS* M.V. Mic. *QVVIus* Pet. *quiius* Br. *quujus* Lachman. coll. 774.

[m] *credere facile*] *facile*, quod prioribus edd. deerat, supplevit Brissaeus. Malit Santenius, *lector hoc qui aliquis credere. qu i*, per diaeresin, Lachman.

[n] *Velut Q et C quoque et V plenius quod post modum* M.V.P. Pet. *velut Q et C quoque et V* Mic. qui in marg. *et Q velut. Q velut sit C et V quoque pl.* Br. Conjicit Santenius, *Q velut, ita C et V quoque*, Lachmannus conj. *q velut et u*, qui edidit *Velut q et, c quoque et uu p. q. p.*

Litterae vocalis habitum quam tenere debeat.
Nanque Q praemissa semper V simul iungit sibi
Syllabam non editura ni comes sit tertia
Quaelibet vocalis illis: hoc et exemplis proba.
[o]Nanque *eQVOs*, vel *aeQVOr*, aut *aQVAm* cum scribimus,
Et *QVEo* et *QVErela, QVErcus* et *QVAter*, [p]Q praedita est:
Et vides *qui* quoque similiter esse vocales duas:
Vnde si dematur I, et sola sit vocalis V,
Non erit jam Q necesse syllabae praeponere,
Sicut [q]illic, cum *QVErela,* [r]et *aeQVOr* aut *aQVAm* notas,
Sed magis C, sola nanque subditur vocalis V:
[s]*CVro* cum vel *CVpio* dicis, *CVrro* vel *CVstodio:*
Vnde nomen qui *seQVOndi* rectius scribi putant,
Si prius Q collocarint, V et O subiunxerint,
[t]Quia *seQVOr* et easdem habebat, unde nomen nascitur.
Non videntur obtinere veritatis regulam:
Quia *seQVOr* duas videmus esse vocales simul,
[u]Et merito tunc Q locamus exigente syllaba:
At *seCVndus* ut sit, una ponitur vocalis V,
C locari debet ergo, quando solam copulat:
Quippe origo prima verbi non manet iam nomini.
Caeterum vocalis illis si iugetur tertia,
Q necesse est prima detur, [x]et sit una syllaba:
Nomina ut supra relata iam satis nobis probant.
Non tamen prior V videri facta consonans potest,
Consonans quia de duabus effici prior solet,
Nuda sed [y]priorque quando nec subacta est consonae,

[o] *Nanque EQVOS vel AEQVOR an AQVAM cum scribimus* M.V.P. Pet. Mic. *aut aquam* Micylli margo. *Nãque equos vel aequor quaestus, aut aquam* Brissaeus. Legendum suspicatur Santenius *Nanque EQVES vel AEQVVS AEQVOR aut AQVAM c. s.* Lachman. dedit *Nanque equos vel aequor Aequos aut aquam c. s.*

[p] *Q praedita est*] Sic Br. Q om. M.V.P. *V praedita est* Pet. Mic.

[q] *illic*] *illi* M.V.P. Mic. Pet. *illic* Br. Santen. Lachman.

[r] *et aequor aut*] *et AEQVOR an* M.V.P. Pet. Mic. pro *an* Micyll. margo *aut*. *et aequor aut* Br.

[s] *CVRO cum vel CVPIDO dicis* M.V.P. *Curo cum vel cupio* Pet. Mic. *Curo cum dicis cupido* Br.

[t] Santenius malit, *Quia sequor et easdem habebat.* Sic ed. Lachman. Deest *et* M. et al.

[u] *Et merito tunc Q locamus* M. V.P. Pet. Mic. *Et locamus jure tunc Q* Br.

[x] *et*] *ut* H.

[y] *prior, quae*] Santenius conj. *priorque*, et sic ed. Lachman.

[z]Quando et . . . digammus sumit et formam et sonum,
[a]Nunc sonus vocalis illi, qui solet cum libera est,
Praedita est vel consonanti, tunc enim est [b]vocalis I.
[c]Et tamen videmus illam consonae vim sumere,
TenVIa ut dixit poëta *nubis ire vellera:*
Longa fit nam [d]prima *ten* nunc, cum sequatur V et I:
Nec minus, vocalis una si sequatur hanc, potest
Consonae praebere vires [e]et digammos effici,
GenVA cum *labant Daretis, aeger est anhelitus.* 2400 P.
Nec potest et hoc liquere, an I putemus consonam,
Longa *cui super* paretur ceu duabus consonis:
Alteram quia consequendo [f]semper I vocalis est:
Tertiam et casus sequentes esse vocalem docent,
Imo si nunc V putamus esse vocalis soni,
I magis vocalis esse iudicanda est subsequens.
[g]Nunquid hanc diphthongon ergo ex V et I [h]sic dicimus,
Non ut V [i]nunc sit Latina, sed magis Graecum sit *υι*,
Γυῖα cum dicunt et *υἷας*, tale quid *cui* ut sonet,
Temporum et per se duorum non requirat consonam:
CVI Super [j]sed tale fiat quale dudum *TRANS Mare*,
Longa cum reddit vacantes quae simul sunt consonae?
An magis [k]*cuii* nos oportet [l]per duas I scribere?
Quia sequens casus videtur hoc sonare, qui facit
[m]*QVIus*, ut *TrOIa* atque *MAIa*, de tribus vocalibus;

[z] *Quando et digammus* (*digammos* Mic.) *sumit et formam et sonum* M. V.P. Mic. *Qn̄ et haec digammos sumit et formam vel sonum* Pet. *Quando non digammi sumit neque figuram neque sonum* Br. Dawes. *Quando non sumit digammi n. f. nec s.* Santenius conjicit, *Quando semper haec digammi sumit et formam et sonum.* Lachmannus dedit *Quando et hispidam digammus sumit et formam et sonum.*

[a] *Nunc*] Hic et v. seq. Brissaeus dedit *tunc*. *Tunc—nunc* Mic. *nunc—nunc* Pet.

[b] *vocalis V*] Sic Br. *vocalis I* M.V. P. Mic. Pet.

[c] *Sed*] *Et* M. V. P. Mic. Pet. *Sed* Brissaeus.

[d] *nam ten*] *nam prima ten* M.V. P. Pet. Mic.

[e] *et digammos*] *nec digammos* M. V.P. Mic. Pet. Mutavit Brissaeus.

[f] *semper I*] *semper u* Lachman.

763. Hunc v. post sequentem collocat Lachman.

[g] *Nunc quod*] *Nunc quid* M. Mic. *nunqd* Pet. *nunc quod* Brissaeus. *nunc quidem* Santenius. *nunquid* Lachman.

[h] *sit*] *sic* M.V.P. Pet. Mic. *sit* Br.

[i] *nunc sit*] *nunc* om. Pet. *sit* om. Mic.

[j] *sed tale*] *et tale* M.V.P. Pet. Mic. Correxit Brissaeus.

[k] Hodie scriberetur *cuij quujjus Trojja*. LACHMAN.

[l] *duas ii*] Sic Br. *duas i* V.P. Pet. Mic.

[m] *Quiius, Troiia, Maiia, cuii* per duplex *i* scribendum putat Santenius.

Cui super nil ut iuvetur a propinqua consona:
Quando *quius* longa prior est, facta cum sit consonans.
Haec putavi colligenda: tu sequere quod voles.
Nec minus natura varia est consonis in litteris.
Digerunt quidem magistri quando pueros imbuunt,
Sed rudes ne praegraventur parcius discriminant.
Nam novem mutas vocarunt, semivocales item
Esse septem tradiderunt; ordo uterque notus est.
De novem tres, ut vacantes, separandas convenit:
Vna nam spiramen addit omnibus vocalibus,
HAsta quando et *HEdera* dicis, *HIster*, *HOspes*, atque *HVmus*.
Quattuor solis adhaeret consonantum litteris,
Inserit si quando Graeca sermo noster nomina,
Cum *CHoros RHamnum* necesse est, [n] *PHyllida* aut *THymum* loqui:
Sola nec vocalis usum nec tuetur consonae,
Tempus aut ministrat ullum brevibus usquam syllabis:
Et tamen vim consonantis adimit, una in syllaba
Praedita est quotiens duabus V et I vocalibus.
[o] *HVIus* aut *HVIc* solemus nam frequenter dicere:
V digammon esse nunc iam non sinit nec consonam,
Esse [p] quia semper necesse est, cum carens spiramine
Ante vocalem [q] locatur, ut *VIgor*, *VAlens*, *VEtus*.
K similiter otiosa caeteris sermonibus,
Tunc in usu est cum *Kalendas* adnotamus [r] aut *Kaput*;
Saepe *Kaesones* notabant hac vetusti littera.
Q vacare prorsus omni diceremus syllaba,
C quod eius invenitur posse subdi pro sono,
Casus unus ni probaret rectius poni semel,
Syllabam iunctis duabus cum facit vocalibus,
Vt satis [s] sumus locuti iam priore pagina.
Nunc loquar natura [t] quae sit omnibus, quae et singulis.
Nulla nam mutis facultas ad sonum edendum data est:

[n] *Phyllida an Thymum* M. P. Pet. Mic. *Phillidan* V. *Phyllida aut thymum* Micylli margo. *Phillidē thimū* Br.

[o] *Huius aut*] Ita Micylli margo. *Huius an* M. aliique. *Huius aut huic sic* Lachman. v. seq. *h* pro *iam* conj. Lachman.

[p] *quia semper*] Nescio quis *quod semper*, Santenius *quam semper*, et sic ed. Lachman.

[q] *locatur*] *locetur* Pet.

[r] *aut Kaput*] *aut* om. M.

[s] *sumus*] *summus* M.

[t] *quae sit*] *sit* om. M.V.P. Pet. Mic. addidit Briss. necnon Mic. in Corr.

Labra fixa, vincta lingua est, exitus nullus patet, 2401 P.
Nexa si non adiuvetur cuilibet vocalium.
Nanque B vel C [u]sonare, porro D G et caeteras
[x]Quis queat, si non resignet labra vocalis comes,
Syllabam fingas ut ante, litteram [y]qui proferas?
Semivocales videmus oris exprimi sono
Posse vel [z]solas, adhaerens nulla vocalis licet
Exitum plenum ministret nuncupandae litterae.
Verum enim binae ligari non queunt mutae simul,
Syllabae si quando binas postulabunt consonas,
Nominis verbive [a]cuius quae tenent primordia:
[b]C modo aut P copulare subditam T sic solent
Non priore [c]sed secunda dum Latina in syllaba,
NaCTus ut dicas vel *aPTus*, *sanCTus* aut *NePTunius*:
Caeteris natura non est, ut duae iungi queant.
Semivocales oportet segregare [d]attentius,
Quas quidem quia nominatim versus indi non sinit,
Ordinis signabo numero, quae sit haec quam disseram,
[e]Titulus ut praescribet iste discolor sinopide.

F. L. M. N. R. S. X.

F. Prima mutas nec sequetur nec potest praecedere,
Ipsa gemina nec locari simplici in verbo potest.
SuFFice et *suFFer* vel *oFFer* est quidem duplex sonus,
Partibus sed ex duabus verba coniungi vides:
Et prior non hac eadem terminatur littera,
Sed sonum confundit ipsa partium [f]conlisio.
Quattuor post hanc locatas Graecus [g]udas nominat,
Lubrica est natura in illis nanque et alternus vigor.
Nunc enim vocalis usum, nunc ministrant consonae,
Et pedum vel hinc vel inde sublevant discrimina.

[u] *sonat*] Sic Br. *sonare* M.V.P. Mic. Pet. Mox *porro D vel* H.

[x] *Quisque at*] *Quis queat* Mic. Pet.

[y] *qui proferas*] *quam proferas* Pet. Santen. *cui praeferas* conj. Lachman.

[z] *solas*] *sola* M.

[a] *cuius quae*] Sic Br. *cujusq;* M. V.P. *cujusq, ut* Mic. Pet.

[b] *E modo* M.

[c] *sed secunda*] *priores et secunda* M.V.P. Mic. *priore, sed secunda* Pet.

[d] *attentius*] *audentius* Putsch.

[e] *Titulus*] *Titulus et* malit Santenius, *titulus ut* Lachman. cum Dawesio.

[f] *conlisio*] *confusio* Pet.

[g] *udas*] *ὑγρὰς* Burmannus.

L. Hinc sibi primam atque quartam semivocalis potest R.
Subdere [h]ista quam loquebar, quando *FLabra* et [i]*FLosculos*
[k]Atque item *FRugem* atque *FRondem* nominas et talia.
M. Non item potest secundam copulare et tertiam, N.
Quia secunda mugit intus abditum et caecum sonum,
N. Tertiam nec ullus [l]illi sermo Romanus ligat. L. R
Nec sinas errare puerum, quando *Daphnin* scripserit,
Semivocalem locandam primam ut istam existimet:
[m]Quippe nos, si quando Graecum φ necesse est exprimi,
P et H simul solemus, non Latinam hanc, ponere, F.
Cuius a Graeca recedit lenis atque hebes [n]sonus:
*PHosPHoron PHrygas*que nam vel [o]*PamPHilum* sic scribimus.
  Consonas autem per omnes, quae quibus iungi queant,
Quas vetet natura iunctas convenire in syllabam,
Ire iam nunc ideo nobis [p]visum est consultius,
In breve ut redacta sylva demeret caliginem;
Neu subesse praeter istos, quos loquar, [q]casus putes, 2402 P.
Qui pedum turbare normam, [r]laedere aut metrum queant.
  Praeter udas ergo supra iam duas quas rettuli,
F [s]Haec sibi nullam ligare semivocalis potest.
  Quattuor [t]posthac loquemur ordine udas debito.
Quas priores ante nullam consonam praeponimus,
Vt caput verbi inchoare conditae simul queant,
Subdimus mutis earum plurimis tantum duas,
L. Primam atque quartam, [v]quod palam exemplis erit. R.

[h] *ista*] Sic Br. Pet. Mic. *istam* M.V.P.

[i] *flosculus*] *flosculos* Pet. Mic.

[k] *Atque item FRVGEM atque FRONDEM nomina sed talia* M. V.P. *Atq₃ itē frugē, atq₃ frūdē, noīas et talia* Pet. *Atque item frugem atque frondem nominas et talia* Mic. *Fratrem item, frugem, atque frondem fraudemque atque talia* Br.

[l] *illis*] *illi* correxit Santenius.

[m] Vid. Gataker. N. I. S. p. 5 G.

[n] *sonus*] *sono* H.

[o] *dysphilon*] Sic Br. *PHILVM* M.V.P. Mic. *nanque vel Philum* Luzac. *Pamphilum* Micylli margo, et sic ed. Lachman.

[p] *visum est*] Constabit tum versus si *m* pro consonante quae non elidatur acceperis, ut et in sequentibus quibusdam. MICYLL. *visum erit* Lachman. *tempus est* H.

[q] *casus alios*] *casus plures* M. V.P. Mic. *casus putes* Pet. quomodo emendavit Dawesius. *alios* a Brissaeo est.

[r] *laedere aut*] *laedere autem* M. Mic. *ledere at* Pet.

[s] *Haec*] immo *prima*, Lachman.

[t] *posthac*] *post hanc* conj. Santenius. Mox *incohare* M.

[v] *quod palam exemplis erit* M. V.P. Pet. Mic. *Sive primam, sive quartam q. p. e. e.* H. *istis quod palam exemplis erit* conj. Santenius. *exemplis palam quod nunc erit* Brissaeus. *Scilicet primam a. q.* Lachman.

Nanque B, C, G, deinde P priores ponere
Singulas possis, ut uda prima sic subiecta sit, L.
BLandior cum dico, *CLudo*, *GLeba*, *PLebs*, aut *PLinius*.
D cum [u]hac nunquam coibit, Q magis nunquam potest:
T potest, si quando Graeca mista sunt vocabula:
TLepolemus *ATLas* [x]solemus invenire in versibus.
R Vda quarta, praeter istas quattuor quas rettuli, B.C.G.P
Amplius D T priores subsequetur, ut puta
BRutus et *CRassus* [y]fuere, *DRusus* et *GRacchus*, *PRocas*,
TRossulus: iam sex habemus ante mutas [z]redditas.
H.K.Q. Caeterae quia tres in usum syllabarum non cadunt:
F. Semivocalis quod una praefici possit, tenes:
R. Vda quarta praeter istas caeteris non subditur. B.C.G.D.P.T
M. Et secunda paene solis convenit vocalibus,
Seu loco prior locetur, seu iugetur alteri:
MAne cum dicis, vel *VMbra*, *MEnsis*, *AMbo*, et talia.
Tertiam udam sibi videtur posse solam iungere,
[a]Sic tamen, non in priore sed sequenti syllaba
OMNis ut dicas, vel *aMNis*: uda quaeque cum sequi
Alteram non possit udam, dum sit una syllaba:
Omnis uda cum gemella rite coniungi queat,
GaLLus ut, vel *AMMianus*, *aNNus*, et [b]*TyRRhenius*.
Nec secus mutas videmus posse geminas currere,
OBBa et [c]*eCCe*, *reDDe*, et *aGGer*, *ATTius*que et *APPius*.
M Hanc tamen Graecus secundam tertiae sic praeficit, N.
[d]Syllaba prima Latine quod nequire diximus,
Quando MNήμην atque MNᾶσθαι dictitatque MNεσθέα.
M Interim [e]compellit illam δέλτα nunc, nunc ταῦ sequi:
ΔMῷας et TMῶλον videmus nanque Graeca nomina.
Tertia uda sic videtur posse G mutam sequi,

[u] *hac*] *ea* Lachman. *huic* H.
[x] *nam solemus*] *nam* delevit Santenius, quem sequitur Lachman.
[y] *fuere*] Sic Pet. *fuerunt* Mic. *fuer̃* M.
[z] *editas*] Sic V. *aeditas* Brissacus. *redditas* M.P. Pet. Mic.
[a] *Sic tamen ut non in priore* M. P. Pet. Mic. *haud* pro *non* Micylli margo. *Sic tamen non ut in priore* V. *ut* ex versu seq. irrepsisse putat Santenius.
[b] *TyRRhenius*] *Tyrrhenicus* conj. Santenius. *Turranius* Lachman.
[c] *hicce* H.
[d] *Syllaba prima*] *Syllabam primam* collato v. 878. conj. Santenius. Ver. seq. *MNEMEN—MNASTHAE—MNESTHEA* M. et fere Mic. ubi *MNASTEA*. sed *Mnesthea* in Corr.
[e] *compellis* Br. *compellit* M.V. Pet. Mic.

Graia verba quando in usum sermo noster suscipit,
GNosios si dicere arcus, [f]insulam aut *GNidum* velis.
Scribimus praenomen unum, et C quidem praeponimus,
G tamen sonabit illic, quando [g]*GNaeum* enuntio:
Asperum quia vox sonorem [h]leviore interpolat,
Vel priores G Latini nondum ab apice [i]finxerant:
[k]*Gaïus* praenomen inde C notatur, G sonat.
Sic [l]*amurga*, quia vetuste saepe per C scribitur,
Esse per G proferenda crediderunt plurimi:
Quando ἀμοργὴ Graeca vox est, γάμμα origo [m]praeferat. 2403 P.
Ille contra [n]dicat, unde C sonare debeat.
G tamen mox tertia uda rarius componitur,
Quando *GNatum* nominare, dicere [o]aut *GNarum* voles:
Nanque *maGNus*, *diGNnus*, *aGNnus*, *siGNa*, *puGNa*, et talia,
Syllabae cum sint secundae, non ita impugnant pedes,
Quis jugatis impediri, cum caput verbi tenent,
Saepius pedes videmus, ut suo promam loco.
Ammonet nunc ordo sextam semivocalem loqui,
Quae sonum nobis ministrat, σῖγμα [p]quem Graecis solet.
Vivida est haec inter omnes atque densa littera:
Ἀρκτικὸν Graeci vocarunt, adseruntque exordiis,
Et probant mutis eandem paene cunctis praefici,
Cum ΣΒέσον, ΣΘένος que dicunt, ΣΚῆπτρον, et quando ΣΠάθας:
ΣΤέμμα dicunt, ΣΦίγγας [q]aeque, ΣΧήματα, atque udae quoque
Posse praeponi secundae sic apud Graios vides,
ΣΜῆγμα siquando, [r]aut ΣΜάραγδον, ΣΜιλίον vel nominant:

[f] *insulam aut Cnidum*] *incolam aut Cnidi* Ruhnkenius.

[g] *Cneum*] *Gnaeum* M.V. Pet. Mic. Mox. *Cneum enunctio* Mic. in Corr.

[h] *laeviore*] Sic Br. *leviorem* M. V.P. Pet. Mic. *levior N* Mic. in Corr. Commelini var. lect.

[i] *finxerant*] *fixerant* dubitanter Santenius. Supra *nundum* M.

[k] *Gaius—inde* M.V.P. Pet. Mic. *Caius—proinde* Br. *Caius* Mic. in Corr.

[l] *amurga—quia* M.V.P. Pet. Mic. *amurca—quae* Br. *amurgam quae* et mox *proferendam* Lachman.

[m] *praeferat*] *ut praeferat* Lachman.

[n] *dicat—sonare*] *discat—notare* Brissaeus. Servium ad Virgil. Georg. I. 194. citat Santenius, cujus verba sunt, "*amurca per c* "*scribitur et per g pronuntiatur,* "*ut C. Gaius, Cn. Gneus.*"

[o] *aut*] Sic Briss. Pet. Mic. in marg. *an* M.

[p] *quod*] *quem* Dawes. probantibus Santenio et Lachmanno.

[q] *aeque*] sic M. Pet. Mic. *atque* Briss. v. seq. *proponi* Mic.

[r] *an σμαραγδονcμαιον* M. *an σμάραγδον, σμήνιον* Br. Pet. Mic. sed *aut* Mic. marg. *aut σμάραγδον* et *σμιλίον* Lachman.

N enim solum non videtur posse subdi, quia loco
Intimo fauces prope ipsas littera haec excluditur,
Dentibus *σῖγμα* atque labris proximam sedem tenet.
Σῖγμα quis possit negare quod det adiunctum sonum,
Cum sonis utrisque constet [t]*ζῆτα* quod Graecum duplex?
Nomen etsi non videbor tradere exempli loco.
Syllabis sedet secundis quando prosa oratio est,
Versus ut [v]quadre resistat, nec propaget terminum.
NeSToris si forte nomen dividendum incurrerit,
[u]N et E versus prioris obtinebunt extimum,
Σῖγμα versus insequentis atque *ταῦ* exordium.
Nos tribus mutis eandem possumus praeponere,
[x]Nulla cum sic possit ante semivocalis dari:
SCuta nanque *SPatia* dico, *STamina* [y]aliaque hoc genus,
Et duas simul ligare sola consonans potest,
SCRinium, *STRuem*ve quando, *SPLendidum*ve dicimus,
Tres tamen nunquam coibunt, uda [z]ni sit tertia.
[a]Semivocalis suprema duplicis restat soni.
Praefici [b]in verbis Latinis ista nec vocalibus
Poterit unquam, tantum abest ut [c]praelocetur consonis,
Ipsa cum constet duabus comparata consonis.
Syllaba quacunque sane subditur vocalibus,
Quando *rEX calIX*ve dicis, *pAX*, *latEX*, *apEX*, *senEX*.
Ante vocales locatur, [d]ut in sequenti syllaba,
FaXO si dicas, vel *aXIs, neXVs, uXOr, noXIa.*
Tantum apud Graecos videmus inchoantem nomina,
Qui *ξένον ξανθὸν* loquuntur, *ξουθὸν* et [e]*ξεινήϊα.*
Consonis praefertur autem, si dirempta syllaba est
Nominis verbive, cuius cum Latinis sermo sit,

[s] *M enim solum*] *N solum non* M.V. Pet. Mic. *M enim solum* Br. *N sed eodem non* conj. Santen. *N sed illi* Lennep. *γάμμα solum* Lachman. v. seq. *litteras* M.

[t] *ζῆτα quod Graecum*] Sic Pet. Mic. *ζ quod Graecum* M.V.P. *ζ quod est Graecum* Br. *ζῆτα quîs Graecum duplex* conj. Santenius. *zaeta quot* Lachman.

[v] *quadrae* Lachman.

[u] *N et E*] *νῦ et e* Lachman.

[x] *Nulla*] Sic M.V.P. Pet. Mic. *Nulli* Br. typorum fortasse errore.

[y] *atque hoc*] *atque alia hoc* Pet. Mic. *aliaque hoc* Lachman.

[z] *nisi*] *nisi sit* Pet. Mic. *ni sit* Lachman. et sic H.

[a] *Semivocalis*] *Semivocales. Suprema* Briss.

[b] *in verbis*] Sic M.V.P. Pet. Mic. *in* om. Br.

[c] *praelocetur* om. M.V.P. Pet. Mic. addidit Briss.

[d] *ut*] *at* conj. Santenius. *ut* delevit Lachman. cum Mic. in Corr.

[e] *ξεινήϊα*] Sic Mic. *ξηνιηα* M. *ξενηια* Br.

EXPuli cum dico, et *eXTa*, seu quis *eXCussam* comam
Dicat, aut *eXLex*, et illud, *hoc sine eXQuiram prius*,
Adde et *eXSortem*, vel istis simile si quid finxeris. 2404 P.
Muto vel partem prioris, si fit hirtum, syllabae,
[f] *ECFer* ut dicam, vel illud, *hoc tibi eFFectum dabo.*
Verba contra separata quando sic connectimus,
Hanc ut ante desinentem subsequatur consonans,
E sat est solum locare: quia duplex est consona,
Tres videntur syllabam unam consonantes edere:
Hispidum quod porro ne sit, dico et *E Bello* viros,
Dico et *E Pago* reversos, dico et *E Foro* domum.
Ast enim Graius locabit quandocunque hanc ultimam,
Sive in uno comprehensam sive [g] verbo separi,
Consonam [h] nunquam iugabit, quia sono [i] levi studet,
Nam [k] nisi vocalis adsit, [l] vertit hanc in simplicem:
Κάππα enim solum sonabit, *σῖγμα* vero excluditur:
Sic et ἐΚΠλήξαι loquuntur, sic et ἐΚΠέρσαι πόλιν,
Sic et illud, [m] *εἰς τὸ κάλλος ἐΚΚεκώφηται ξίφη*,
Sic et ἐΚ Πάντων solute, sic et ἐΚ Νήσου facit.
Litteras autem receptant saepe ternas syllabae,
Nec minus saepe et quaternas, porro quinas parcius,
Esse quia vocalis una debet una in syllaba,
Vel duae, diphthongos edit quando vocalem sonum,
Inde rarum est consonantes addere uni quattuor,
Quia vetat natura mutas jungere una in syllaba:
Semivocales iugari saepius deprendimus,
In [n] quibus iam scimus udas computari quattuor.
Syllaba ergo quando quinque litteris componitur,
Consonas duas necesse est et tot udas copulet,
Possit ut vocalis una syllabam talem dare.
Ergo *frons* et *glans* videmus esse quinas litteras:

[f] *ECfer* M. Mic. *effer* Pet. Briss. Mic. in Corr.

[g] *verbo pari*] Reponit Dawesius, *sive verborum pari*, h. e. sive in duobus verbis: *sive verbo separi* vel *dispari* conj. Micyllus: *sive verbo separi* ed. Lachman.

[h] *non x*] *nun qui* M.V.P. *nunquam* Pet. Mic. Lachman. *non x* Br. *non ξι* Dawes. Santen.

[i] *levi* M.V.P. Pet. *leni* Dawes.

[k] *nisi*] *nisi et* Lachman.

[l] *vertit*] *vertet* Dawes.

[m] *ἐκστόματος ἐκκε.*] Sic M. Correxit Dawesius ex Eurip. Orest. 1279. (ed. Pors.) *ἐκ στόματος et ἐκκ.* Pet. Mic.

[n] *quibus jam*] Sic M.V.P. Pet. Mic. *jam* delevit Brissaeus.

Consonans nam prima et uda, postmodo uda et consonans,
O tenent utrinque iunctam: sic et A, cum *glans* erit.
Est et uda quando sola, dantur et tres alterae,
Consonans cum sit bis una, sitve duplex tertia:
Stant enim cum dico verbum, T secunda [o] et ultima est:
*Strix*ve si dicam, supremam duplicem esse perspicis.
Porro cum diphthongos inerit, *fraus* [p] velut scribi solet,
E tribus videmus unam [q] quae sit uda consonis.
[r] Esse necnon litterarum syllaba una sex potest,
Graeca cum duplex duabus solvitur nostratibus,
Dixerit si forte quidam [s] *scrobs abunde fossa est,*
Stirps velut dixit disertus Gracchus alter Gaius:
Graecus hoc casu nequibit syllabam talem dare,
Nec dabit per se seorsam, [t] sed residuam nominis
[u] Eque diphthongo coactam promet et pluraliter:
Nanque declinare [x] Graeci saepe sic *αἰσχροὺς* solent.
Αι prior si separetur, sex erunt superstites:
'Αρκτικὸν nam cernis esse *σῖγμα* primum et ultimum,
Alteram [y] diphthongos auxit copulando litteram,
Consonans et uda complent syllabam senariam. 2405 P.
  Nunc per ipsas ire pergam syllabas, quae versibus
Scrupulum solent movere, ratio si non cernitur.

  Sed quoniam exemplis heroi carminis uti
Res monet, ut pedibus sistat [z] sua regula iustis,
Seu vitium incessit, metri ratione probemus,
Aptius est nobis simili decurrere norma,
Discolor alternos referat ne pagina versus.
  Spectandis pedibus quae sunt nimis obvia, mittam:

[o] *et ultima*] *T et ultima* M.V.P. Pet. *T* om. Mic. Br.
[p] *velut*] *ut* M.V.P. *velut* Pet. Mic. Br.
[q] *quae sit uda*] Sic Mic. Pet. *quae est* M. et Al.
[r] *Esse necnon litterarum syllaba una sex potest*] Sic Mic. Pet. *Nec monet esse litterarum syllaba una sex potest* M.V.P. *Nos monemur litterarum syllabam sex posse dari* Br. *Nempe et esse litterarum* Lachman.
[s] *Scrobs abunde fossus est*] Sic Mic. Pet. *Scrobs abunde fossa est* M.V.P. *Scrobis abundae quod fossa est* Br. *scrobs abunde fossa erit* Lachman.
[t] *et residuam*] *sed residuam* Mic. Pet.
[u] *Atque*] *Aeque* M.V.P. Mic. Pet. *Eque* Commelin. *Atque* Br.
[x] *Graecis* M. Mic.
[y] *diphthongus*] *diphthongos* M. V.P. Pet. Mic.
[z] *sua*] *seu* Pet. Santen.

Natura longas quid enim tractare necesse est,
Aut facili positu et plana ratione patentes?
Quae pueris etiam promptum est occurrere parvis.
Nec mihi Graecorum ratio est attingere κοινὰς,
Quarum rarus inest nostris in versibus usus,
Nec tanta in [a]pedibus venia conceditur uti.
E brevibus quotiens longae redduntur, oportet
Versificatorem quid littera quaeque ministret
Dispicere, atque aptas natura iungere secum,
Vel discordantes mutatis vincere verbis.
Consona [b]sed sane gemina est cum praedita verbo,
Seu medio in pede sunt, sive has pes proximus infert,
Quam dubias pedibus soleant adferre figuras,
Vt possum, paucis nitar [c]discernere verbis.
Syllaba prima [d]brevis quaecunque pedem generabit,
Longa fit a geminis quibus indita consona vis est,
Seu pariter iunctae, suberuntve in parte sequenti,
Seu sunt divisae finemque caputque tenentes.
Exemplis manifesta magis reddenda videntur:
POSTquam res, prior est iunctis adiuta duabus:
Subiectis aeque fiet, cum dicimus *A GRos:*
AT TV sume pedum, divisas cernis utrasque.
Dactylon haec eadem poterit totiens dare [e]forma,
Quando brevem mediam brevis aeque tertia claudet,
NuNC age, *neSCio quis*, necnon et *BeLGica collo.*
Vda etiam quocunque loco, seu subdita detur,
Libera seu, verbo quasi consona curret in uno,
ARMa virumque cano, *duris aGRestibus arma.*
Si sit longa prior, mox hanc correpta sequatur
Vocalis verbi pariter cum fine resistens,
[f]Syllabaque adiaceat geminis exorta sonoris,
Non semper videas [g]spondeon posse creari,
Quia mutas ita coniungi natura recusat,

[a] *pedibus*] *metris* Servius ad Æn. V. 467. v. seq. *longae quoties* Mic. in Corr.

[b] *sed*] *seu* Pet.

[c] *discernere* M.V.P. Mic. Pet. *decernere* Br.

[d] *brevis*] *brevi* Lachman. tum *quēcunque* M. *quaecūque* Pet. *quaecumque* al. *quencunque* Lachman.

[e] *forma*] *formam* M.V.P. Mic. Pet. *forma* Br.

[f] *Syllaba que*] Sic Briss. *Syllaba quae* M.V.P.

[g] *spondeon* sic M.V.P. Mic. Pet. *spondeum* Br.

Vt pariter poni possint in parte sequenti ;
Vdas nec possis unquam praeponere mutis,
Nec tempus praestant udae, cum subiiciuntur
Nominis in capite aut verbi. superest igitur quid ? 2406 P.
Vt sint divisae, subduntur quando trochaeo,
Vnam detineat sequitur [h] quae syllaba primam,
Atque ita vocalis superet non sola trochaeo,
Altera succedat, qua proximus exoritur pes.
Et quiS Cuique dolor victo, quae gloria palmae :
PostquaM Res Asiae, geminum hoc exemplar habebis.
  Ergo ut vocalis remanens in fine trochaei
Et verbi finem faciat, spondeon et edat,
Vnicus efficiet casus, si qui sequitur pes
Nascatur certis quas debet habere [i] sonoras,
Dum caput obtineat fortissima littera verbi.
Haec quae sit iam scire potes si prima tenebis,
Quae tibi, cum loquerer septem quoque semisonantes,
Discrevi titulo et numero signante notavi.
Haereat ergo animo sexta [k] hinc tibi vivida, [l] parque
Littera de numero, quam dixi, semisonantum :
Quae [m] sibi tres tantum poterit subiungere mutas,
Si quando *SCutum*, *SPumas*, vel *STamina* dico,
Haec sola efficiet nudo ut remanente trochaeo
Spondeum geminae possint firmare sonorae.
Exemplis, an prava sequar [n] vel recta, [o] probato.
QuisquE SCire cupit, vel quisqu*E SCribere* curat,
Ant*E STare* decet, cum dico [p] et separo verbum,
AntE STesichorum vatem natura creavit,
Vltima vocalis remanens [q] finisque trochaei
Excipitur geminis, quis proximus exoritur pes,
Quae quanquam capite alterius verbi teneantur,
Sufficiant retro vires et tempus oportet,

[h] *quae*] *qua* M.V.P. Mic. *quae* Pet. Br.

[i] *sonoris*] Sic Briss. Pet. Santen. *sonoras* M.V.P. Lachman.

[k] *haec*] *hinc* M.V.P. Pet. Mic. *haec* Ald. Micylli margo, Br.

[l] *parque*] *parsque* Ald. Mic. Pet. *Par* tamen in comment. agnoscit Pet. *perquam* Lachman.

[m] *sibi*] *tibi* Pet.

[n] *vel recta*] *an recta* Pet. Coniicit Santenius, *an prava sequarne an recta, probabo.*

[o] *probabo*] *probato* M.V.P. Pet. Mic. *probabo* Br. et Micylli margo. Vid. inf. v. 1116.

[p] *et separo*] *et* om. V.

[q] *finis que*] *in fine* Dawes.

Consona quod debet geminata referre priori.
Nam cur spondeo credas non reddere tempus,
Quae tali positu, cum dactylus incidit, obstant?
Incipe si dicas, et *scire* aut *scribere* iungas,
Creticus efficitur. quis viribus ergo nocebit
Subdita praeteritae, cur [q] isdem viribus aeque
Tempora non praestet, cum sit subiecta priori?
Quin mirum magis invenias, ut tempore duplo
Semisonans isthaec pariterque et muta cohaerens
Correptam retro nequeant augere trochaei:
Nam nisi vocalis producta sequatur utrasque
Tertia, quas dixi nullum poterunt dare tempus.
SCIre etenim cum dico, et *STAre SPVmeus amnis*,
Tertia vocalis producta adiungitur illis,
Atque inde accipiunt vires prosuntque priori.
Si fuerit correpta, nihil praestare valebunt,
Cum *SCApulam*, *SPAtium*, *STImulum* subiungo trochaeo;
Quippe pedem primum nisi pes comitabitur alter,
Desinit esse caput versus, [r] est prosa loquela: 2407 P.
Pes etenim speciem metri nunquam facit unus,
[s] Quia et variis pedibus loquimur sermone soluto,
Nec metrum facimus, quia fungimur ordine nullo.
Adde quod hic primum cernis [t] nutare trochaeum,
Quem tantum in fini sumunt heroica metra.
Cui si dactylici generis subiungitur alter
A geminis ortus, cui sit quoque tertia longa,
Cum [u] fit dactylus ipse, simul quoque reddat oportet
Spondeum, pleno qui tempore solus egebat.
Cum correpta adeo vocalis tertia curret,
Si [x] positu longa efficitur, pedis efficit orsum,
Dactylicumque parat iam rite effingere metrum,
Suggerit et tempus quantum producta solebat:
Quod nos exemplis aeque firmare decebit.
VndE SCissa coma est, aut *undE SPissa corona*,

[q] *isdem*] *hisdem* M. Mic. *iisdem* Pet.
[r] *et p. loquela*] *et p. loquela est* Pet. Santen. *est prosa loquela* Lachman.
[s] *Quia*] *Quia et* M.V. Pet. Mic. *et* om. Br.
[t] *nutare*] Sic M. *mutare* Mic. Pet. conf. inf. 1180.
[u] *fit*] *sit* Pet.
[x] *positu*] Sic Mic. Pet. Br. *posito* M.V.

EccE STagna madent: triplici sic syllaba pacto
Temporis accessu non tantum est reddita longa,
Sed dedit et vires geminis augere trochaeum.
Dactylus in brevibus vocales quando supremas
Servabit, verbique simul cum fine resistet,
Si pedis alterius primordia consona et uda
Subnectent, pes incolumis vegetusque manebit:
Consona si gemina est, qua proximus incipiet pes,
Cuius principium sexta haec, quam dico, tenebit,
Dactylus ille prior, quamvis sermone peracto
Discretus liberque pedis compage secundi,
Sentiet accessum momenti et temporis auctum:
Exemplo versus unius utrunque probabis:
Ante supinatas Aquiloni ostenderE GLebas.
[y] *tendere* cum verbi finem simul et pedis explet,
Nil [z] obstant pedis alterius modo consona et uda;
Syllaba si contra veniat, qualem modo dixi,
Temporibus vitiatus erit pes, integer ante:
Ante supinatas Aquiloni ostenderE STrages.
Tertia [a] sic longa efficitur, pes Creticus exit.
Vel tu finge aliud, dum talis syllaba detur:
Sed nullam invenies, nisi littera sit prior ista
Quae sexto [b] praescripta loco est, atque ordine earum,
Dimidium vocis quas edere diximus ante.
Syllaba difficilis quotiens correpta secunda
Indiget auxilio, [c] quo tempora bina [d] ministrat,
Dactylus inde magis, spondeus rarior exit.
Nam cum finitur vocali sermo trochaeum
Destituens, iam pes in dactylon ire videtur,
Inque breves geminas longam laxare secundam:
Spondeus quo more solet dare dactylon ex se:
Quippe ubi sola manet verbi vocalis in imo,
Et brevis haec abscissa [e] aliam comitemque requirens,

[y] *Stendere*] Sic Br. *Tendere* M.V.P. Pet. Mic.
[z] *obstat*] *obstant* M.P. Pet. Mic.
[a] *sic*] Ita Br. Lachman. *si* M.V.P. Pet. Mic.
[b] *praescripta*] Sic Br. *proscripta* M.V. Mic. *~pscripta* Pet.
[c] *quod*] *quo* M.V. Pet. Mic. Lachman.
[d] *ministrat*] *ministret* Lachman.
[e] *aliam*] *etiam* M.V.P. Pet. Mic. *aliam* Br. Micylli margo.

Nullaque consona iuncta parat dare temporis auctum,
Nil iam spondeo videas superesse relictum: 2408 P.
Vel tu ruricolae primum decurre Maronis:
Liber et almA Ceres, et *fertE simul Dryadesque,*
Munera vestrA cano, [f]*tuque o cui primA frementem*
[g]*IpsE nemus* tunc *diquE deaeque* atque *arvA tueri*
QuiquE novas et *quiquE satis* et [h]*tequE sibi.* mox
Nec tibi regnandi veniat tam dirA cupido.
AnnE novum [i]nunc *ipsE tibi plus parte relinquit:*
[k] *VerE novo gelidus canis* et *taurVS aratro.*
Et quid quaequE ferat regio, et quid quaequE recuset.
Bis decies, unumque supra, nisi fallimur, ecce
Dactylon efficiet talis, quem dico, trochaeus:
Spondeum [m]et nullum potuit dare versibus isdem.
Nanque etiam duplex quae nobis una relicta est,
Principium verbi quoniam proferre Latini
Non valet et tantum [n]vocali subdita currit,
Cum Graecum inciderit nomen quo possumus uti,
Si post dactylon accedat, nil [o]tempore duplo
Officiet, gemini poterunt quod pandere versus:
Pontibus instratis coniunxit littorA Xerxes,
Sanguine turbatus miscebat littorA Xanthus.
Littora pes longa constat [p]brevibusque duabus,
Tempora nec laedit duplex, quin dactylus extet.
Pro duplici contra gemina est si consona, laedit:
Pontibus instratis coniunxit littorA SCiron.
In tantum vegeta est et vivida littera sexta,
Cum prior est, et muta loco subiecta secundo.
[q]*Arcticon* idcirco *stoechion* Graecia dixit.

[f] *tuque o*] Sic Br. *et studium* M.V.P. Pet. Mic. Tum in Mic. Pet. *Fudit equum magno tellus percussa tridenti.*

[g] *Ipse nemus*] Sic M.V.P. *Ipsĕ nemus tegeāĕē favens oleāeque mi- nerva: Dīquĕ deaeque omnes studium quibus ārvă tueri* Briss. Pet. Mic.

[h] *quaeque*] *teque* M.V.P. Pet. et sic Virg. Georg. I. 31.

[i] *nunc*] *tunc* Lachman. post Aldum et Santenium.

[k] *Vere novo gelidus canis: et taurus aratro* M.V.P. *v. n. g. c. cum montibus humor Liquitur, et zephyro putris se glēbă resolvit* Br. Pet. Mic.

[m] *et*] *at* Lachman.

[n] *vocali*] Sic Br. *vocalis* M.V.P. Pet. Mic.

[o] *tempora duplex*] Sic Br. *tempora duplo* M.V.P. Mic. *tempore duplo* Ald. Mic. marg. Pet. Mox *ostendere* Ald. pro *quod pandere.*

[p] *brevibus quae* M.

[q] *Arcticon—stoechion*] Graecis litteris haec scribenda esse suspicatur Santenius. Et sic Mic. in marg.

Sed non principium [r]nunc nominis inchoat ipsa,
Cum duplicem reddit, sequitur sed pone priorem,
Cum *Xanthum*, [s]*Xerxen*, aut *Xuthum*, et talia pono.
Nam *ξ*, quod Graecis commune videmur habere,
Κάππα et *σῖγμα* facit, non *σῖγμα* et *κάππα* secundo,
Nec sonus [t]ex illis idem, nec littera prima,
Quae cum mutatur, mutatur origo sonandi.
Sic *Ξέρξης* duplicem praestat, [v]Σ*Κείρων* aliquid plus,
Vt supra ostendi, cum *SCire* et *SCribere* [u]*curat*,
Vel *SCutum*, [x]*SPatium, SPumas*, aut *STamina* dixi.
Imo velim spectes quam multa occasio detur,
Cum remanet nutans etiam dubiusque trochaeus,
Dactylus ut crebro, spondeus rarior extet.
Syllaba vocali quando est finita secunda,
Tertia vocalem si subiicit, hiscere credas:
Est tamen exemplum vocalis consona si fit:
AntE Iovem nulli subigebant arva coloni. 2409 P.
Vocalem mediam si consona suscipit una,
Dactylus incolumi constabit lege sonoque:
AntE Tibi eoae Atlantides abscondantur.
Consona si mediam determinat, altera porro
Vocalem [y]adnectit, simili pes lege probatur;
VeniT Et upilio, tardi venere [z]*subulci.*
Si mediam vocalis habet, quam consona et uda
Excipiunt, nequeunt geminae vexare priorem:
VndE TRemor terris, aut hoc, *percussA TRidenti*,
Dactylus efficitur; nam longa est reddita prima,
Et mediam nil uda iuvat, quae subdita currit:
Sic manet *undE* brevis, sic et *percussA TRidenti.*
Syllaba si contra fortisque et vivida detur,
VndE SCire potes, percussA SPumat [a]*harena;*
Reddet spondeos iusta ratione locatos.
Nec modo quia verbo finem facit *unde*, putato

[r] *nunc*] *tunc* Mic. marg. Mox *incohat* M. Vid. Servium ad Virg. Geo. III. 223.

[s] *Xerxem*] *Xerxen* M.V.P. Mic.

[t] *ex*] *est* Lachman.

[v] *Σκείρων*] Ita Mic. *σκηρων* M. V.P. *σκεῖρον* Pet. *σκῆρον* Br.

[u] *curat*] Ita Br. in corr. *curas* M.V.P. Pet. Mic. vid. supra 1063.

[x] *sputum*] *spatium* M.V.P. Pet. Mic. *sputum* Br.

[y] *adnectit*] *adnectet* M.V.P. Pet. Mic. *adnectit* Br.

[z] *bubulci*] *subulci* M.V.P. Pet. Mic. *bubulci* Br.

[a] *arena*] *harena* M. Pet. Mic.

Sic cecidisse: magis sermone notabis in uno
Congruere, ut cassae pariter sint consona et uda:
[b] *Et solem geminum et dVPLices se ostendere Thebas:*
Et [c] *dVPLices* mediam non possit reddere longam.
Perspicis udarum [d] quam vis modo fiat inanis,
Subiectae quotiens et iuris sunt alieni.
Hoc et diversa melius ratione patebit.
Vocalis mediae nam quando residet in udam,
Tertiaque accedens similem geminaverit udam,
Spondeus [e] plenis reddetur temporibus pes;
AttOLLitque animos: Poenorum qualis in arvis.
Et TYRRhena pedum circumdat vincula plantis.
Nec non vocalis primae si quamlibet udam
Contineat, veniensque aliam subiecerit udam
Praepositam longae, spondeon cernimus edi:
PALLenen, hunc et nymphae veneramur, et [f] *ipse:*
TYRRhenas, i, sterne acies, tege pace Latinos.
Si fuerit correpta sequens, et tertia talis
Iungenda est, pes sic geminis fit dactylus udis,
Spondeum qualem geminae fecere priores:
PALLADIa gaudet sylva vivacis olivae:
PARRHASIo dictum Panos de more Lycaei.
Cur tantum valeant udae, modo reddita causa est,
Consona quia vis est illis: nunc libera nanque
L. R. Vtraque complexu alterius nec subdita currit:
Inter vocales positas nam cernimus ambas.
L. Quattuor udarum primam quartamque videmus R.
In pedibus varias effingere posse figuras:
M. Vda secunda sed his et tertia dissimiles sunt: N.
Consona nulla potest quoniam sociare secundam
Sermone in nostro, sicut positum ante tenemus:
Tertia non aliter mutae subiungitur uni, 2410 P.
Quam quotiens *GNaeum, GNarum, GNatum*que loquemur,
Syllaba dum primas habeat geminisque creetur.
Has etiam geminas pedibus similes dare formas

[b] *Et solem*] *Ut solem* Pet. Mic.
[c] *duplices—possint*] *duplicem—possit* M.V.P. v. seq. *respicis* Ald.
[d] *quam vis*] *quamius* Pet.
[e] *plenus*] *plenis* conj. H. et Santenius, ed. Lachman.
[f] *ipsae*] *ipse* Virgil. Georg. IV. 391.

Invenies, geminae [g]quot prima et quarta dedere:
Talia flAMMAto secum dea corde volutans.
Non ANNI domuere decem, non mille carinae.
[h]*QuAM MVlta in tectis: una cum gente tot ANNOs.*
Dactylus [i]hinc etiam reddetur talis, ut illic,
QuEM MEA carminibus meruisset fistula caprum?
ANNVVS exactis completur mensibus orbis.
Nec non et mutas geminas componere possis,
OBBa et *TuCCa* velut, muris velut *aDDitur aGGer,*
OPPius advenit, comes est quoque *TeTTius* illi.
Vda igitur nunquam praebebit subdita tempus?
Praebebit verbo deprensa aut nomine eodem;
RePLet cum dico, subiecta est uvida mutae,
ATLas ut Graeca, sic profero voce Latina.
M. Vda secunda utinam nostra sic voce sederet!
Exemplo sat erit qui dixit *membra PyraCMon.*
N. Tertia tum [k]*cyCNus:* sed quarta frequentior his est: R.
Nam mutis docui subiectam hanc omnibus esse. R.
FaBRicium, dixit, *saCRum* [l]*qui, limite quaDRet,*
AGRicola, et *vePRes,* dixit [m]*saluere per* [n]*uTRes:*
Tempora sic praebent udae, cum subiiciuntur.
Si pars sermonis perstat nec fine trochaei
Finitur, geminae praebebunt tempora mutae,
Quae secum iungi possunt, ut diximus ante,
[o]Si qua prior seu posterior correpta locatur.
Sermonis dixi, non hanc pedis esse priorem.
Cum prior est, duplici exemplo contentus abito.
Et genus invisum, et rAPTi: prior hic brevis est *ra,*
Longa fit a geminis, quas proxima syllaba praebet
Eiusdem verbi, nam P sequitur simul et T.
Quam facile accipiter sAXo sacer ales ab alto,
Pro geminis duplicem recte subiungere possis.

[g] *quod*] *quot* conj. Santenius, edidit Lachman. Alius quis, *quas.*
[h] *Tam*] *Quam* M.V.P. Pet. Mic. *Tam* Br.
[i] *hinc*] Luzacius *hic.* Mox pro *illic* Santenius *illinc.*
[k] *cygnus: sed*] Sic Br. *cycnus et* M.V.P. Pet. Mic.
[l] *qui limite*] Santenius *via limite* ex Virgil. Georg. II. 278. sed v. Aen. II. 230.
[m] *saliere*] *saluere* M.V.Pet. *saliere* Br. Mic. v. 1258 *par* M. Mic. et *praestat* Mic. Pet.
[n] *utres* M.V.P. Pet. Mic. *utreis* Br.
[o] *Si*] *Seu* conj. Santen.

Sic reddunt longas, quod dudum posse negavi,
[p]Finitur quoniam pleno tunc sermo trochaeo.
[q]Nunc sermo incolumis sibi vires ipse ministrat,
Vivida nec praesto est totiens tibi littera nota:
At quotiens correpta sequens est syllaba, posse
Spondeum fieri, si syllaba tertia tales
Substituat geminas, exempla tibi totidem do:
Efficit obiECTu laterum, quibus omnis ab alto:
[r]*Nunc illa excEPTum:* correptas cernimus ambas
Sermonum voces positas in parte sequenti:
[s]Sed tamen has etiam reddet tibi syllaba longas
Tertia, quae geminis constat subiecta sonoris,
Quia sermo ipse manet nulloque est fine recisus. 2411 P.
Forsitan hunc aliquis verbosum dicere librum
Non dubitet: forsan multo praestantior alter
Pauca reperta putet, cum plura invenerit ipse.
Deses et impatiens nimis haec obscura putabit:
Pro captu lectoris habent sua fata libelli.
Sed me iudicii non [t]poenitet: haec bene vobis
Commisi, quibus est amor et prudentia iuxta,
Et labor in studiis semper celebratus inhaeret:
Vos sequar, in vestro satis est examine cautum.
Haec ego [u]cum scripsi, bis quinis mensibus aeger
Pendebam ambiguum trutina sub iudice corpus;
[x]Alternum nutans, et neutro pondere sidens:
Nam neque mors [y]avi le nigros pandebat hiatus,
Nec vitam forti retinebant stamine Parcae.
Sic varios tam longa dies [z]renovando dolores
Duxit ad hoc tempus, semper sine fine minando.
Cum potui tamen obrepens [a]incepta peregi,
Quo vitae dubius vel sic vixisse viderer.

[p] *Finitur*] *Finitus* conj. Santen.

[q] *Nunc*] *Tunc* Pet. Hunc v. post seq. collocat Lachman.

[r] *Nunc illa*] *Hunc illa* Virgil. Aen. XI. 684.

[s] *Sed tamen*] *Et tamen* malit Santenius collato v. 754.

[t] *paenitet* Lachman.

[u] *conscripsi*] *cum scripsi* M. Mic. Pet. *conscripsi* V. Br.

[x] *Alterutrum*] Sic Briss. *Alternum* M. P. Pet. Mic. *Alterum* V.

[y] *avidae*] *avide* M. V. P. Pet. Mic.

[z] *renovando*] Servius ad Virg. Aen. IV. 413. hoc exemplo docturus syllabam *do* in gerundiis naturaliter brevem esse, duos Terentiani versus sic in unum conflavit, *Ut vitae dubius varios renovando dolores,* animadvertente Burmanno ad Anthol. Lat. T. I. p. 298. SANTEN.

[a] *incoepta*] *incepta* M. V.

De voce.

Nulla vox humana constat absque septem litteris,
Rite vocales vocavit quas magistra Graecia:
Quicquid audis praeter istas, pars soni, non vox erit.
Quinque contenta est figuris Romuli Latinitas:
H et ω longas enim nos non habemus litteras,
Nec breves semper vocamus his duas contrarias.
Caeteras tres, quae supersunt, dichronas cognominant,
Corripi quod saepe eaedem, saepe produci valent.
Porro cunctas noster usus quinque vocales suas
Corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,
Vtitur longis, [b]sed isdem brevibus aeque [c]fungitur,
Nec brevem semper requirit, [d]semper aut quae longa sit,
Omnibus sed quinque semper utitur ceu dichronis:
In brevi sed tempus unum est, bina longae possident.

De syllaba.

Vna vocalis iugata consonanti aut pluribus
Syllabam reddat necesse est. Syllabam Graeci vocant,
Ore quod simul profectae copulant unum sonum:
Vinculum nam signat ista congregale dictio.
Et tamen vocalis una quando pars sermonis est,
Syllabam dici necesse est, cum sit una littera.

De positione et diphthongo longis.

Cum brevis duas habebit adiacentes consonas,
Sive secum, vel sequenti copulatas syllabae, 2412 P.
Singulae vel dividentur, longa fiet e brevi,
Non secus, producta quam si temporis dupli foret.
Nec minus longam probamus, una cum duplex erit,
Quia duarum consonantum vim suo praebet sono.
Vel gemellis [e]cum iugamus syllabam vocalibus,
Misceant sonum necesse est, iure [f]distent temporum.
[g]A et E simul iugatae, vel cum illa singulae,
[h]Quinta quae vocalis est, longam creabunt syllabam.

[b] *et isdem*] *sed isdem* M. *sed iisdem* Mic. V. P. Pet. *et iisdem* Mic. in Corr.

[c] *fungitur*] Sic Br. Pet. *fingitur* M. Mic.

[d] *saepe*] Sic Br. *semper* M.V.P. Pet. Mic.

[e] *cum iugamus*] *coniugamus* M. V.P. Mic. *cum iugamus* Br. Micylli margo, Pet.

[f] *distent* M.V.P. Pet. Mic. *distant* Br.

[g] *E et V simul iunctae*] *A et E simul iuncte* Pet. Pro *iunctae* Santenius conj. *iugatae* coll. v. 1334. Var. lect. apud Commelin. et Mic. in Corr. *A et E iunctae simul, vel utraeque cum illa singulae.* Lachman. *a et e simul iugatae sive cum illa singulae.* Seqq. ita dedit Brissaeus: *vel cum alterutra singulae Quae solent coire diphthongo creabunt longulam.*

[h] Santenius primo conjecit,

I et V non hoc valebunt, sive praesint alteri,
Vel sibi cum copulantur: quia prior fit consonans,
Illa quae remansit inde tempus unius tenet,
Sive duplum, [i]quale et omnis, quando producta est, habet.
[k]O cum E tantum iugatae longa semper syllaba est.
Cum duas sermonis usus comprehendit syllabas,

[l]Hoc ut exemplis probemus, resque ut omnis clara sit,
Ante [m]quae natura quaeque ratio sit dicam pedum.
Sed prius nitar docere simplices quos nominant,
Vna vis quod syllabarum est, quando binos scandimus.

De pedibus.

Ergo cum duas videbis esse vinctas syllabas,
Effici pedem necesse est, sint breves ambae licet.
Vna longa non valebit edere ex sese pedem,
Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
Brevis utrinque sit licebit: bis feriri convenit:
Parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit.

De arsi et thesi.

Ἄρσιν hanc Graeci vocarunt, alteram contra θέσιν.
Vna porro bis feriri quando poterit [n]syllaba?
Temporum momenta sane lege certa dividunt,
Seu duas pes quisque iunget, sive plures syllabas.
Aut enim quantum est in ἄρσει tantum erit tempus θέσει:
Altera aut simplo vicissim temporis duplum dabit,
[o]Sescuplo vel una vincet alterius singulum:
Quicquid istis discrepabit, absonum reddet [p]melum.
Latius tractant magistri rythmici, vel musici:
[q]Nos viam metri studemus parte ab aliqua pandere.
Ergo cum reddenda rursus haec erit distinctio,
[r]Qua pedum natura poscet, satis habebo attingere.
Nunc pedes accedo primos, quos vocant disyllabos.

Quinta quae vocalis audit, syllabam longam creant, deinde, *Quinta quae vocalis, ex se syllabam longam creant.*

[i] *quale*] Sic M.V.P. Pet. Mic. *quantum* Br.

[k] *O cum E*] *O sed E* Lachman.

[l] Deesse h. l. nonnulla suspicatur Lachmannus, spatio versuum circiter octo relicto vacuo.

[m] *quae*] *quam* H. v. 1339 *binos* om. Mic.

[n] *syllaba*] *syllaba?* sic interrogative exhibuit Santenius, quem secutus est Lachman.

[o] Citat Priscian. p. 695. Putsch.

[p] *melos*] *melum* M.V.P. Mic. Pet. *melos* Br.

[q] *Nos viam*] Sic Pet. Briss. *Non viam* Mic. cum *Nos* in marg. *Non v.* M.

[r] *Quae pedum*] *Qua pedum* M. V.P. Mic. Pet. *Quae pedum* Br. Mox *habeo* Putsch.

De pedibus disyllabis.

Primus ille est, iure primus, *ἡγεμὼν* qui dictus est,
Auctor et ductor melorum, qui duas breves habet:
Ante enim breve est creatum, redditum longum dein:
Sicut unum numerus ante quam secundum prodidit.
[s]Ergo natura repertus iure princeps dicitur,
Ante quem non est creatus, quem [t]secuntur caeteri. 2413 P.
Δίβραχυν dixere Graeci, quod sit ambabus brevis.
Πυρρίχιος idem vocatur, quippe et aptus pyrrhichae
Tam cito motu [v]recursat, quam breves hi sunt soni.
Tertium detrecto nomen, lege nam metri vetor,
[u]*Παρίαμβον* nanque dicunt, si [w]probatis *ἔκτασιν*,
Ars vetat primae negare spatia bina syllabae.
Reddere autem pedibus isdem plura cogor nomina,
Ne quis erret [x]quando nomen aliud alibi invenerit,
Ac putet pigrum vel artis usque ad ista nescium.
Huius exemplum videbis esse cum dices *honor*.
Est huic adversus ille qui duas longas habet,
Syllabis compar priori, temporis duplum merens:
Qui quod in templis canorus a sono vocis malae
Auribus libantis obstat et favet, spondeus est.
Hunc sonabis, sive *reges* sive *cives* dixeris.
Verum uterque quantum in arsi tantum [y]habebit in thesi:
Temporum mensura dispar, lex soni communis est.
Qui brevem primam tenebit, deinde longam syllabam,
Erit iambus, pes virilis, acer, et raptim citus.
Nec minus currit trochaeus, lege versa temporum,
Syllaba longus priore, parcior novissima.
[z]*Χόριος* idem nuncupatur a magistris plurimis.
Terna rite partientur ambo vicibus tempora:
Ἄρσις unum possidebit, quando iambum partior:
[a]Fiat alternum necesse est, cum trochaeum divides.
Vis iambum? dic *parens*. [b]Vis tu trochaeum? *Roma* dic.

[s] Mutavit Brissaeus sic: *Ergo princeps iure natura repertus dicitur.* Aldus in Gr. *Ergo natura repertus, princeps iure dicitur.*

[t] *sequuntur*] *secuntur* M.Pet.Mic.

[v] *recusat* et *brevis* Mic.

[u] *Παρίαμβος*] *Παρίαμβον* Mic. Pet.

[w] *probaris*] *probatis* M.V.P. Pet. Mic. *probaris* Br.

[x] *quando*] *si quando* Br.

[y] *habebit*] *habet* M.

[z] *Χόριος*] *Chorius* Latinis literis Santenius. Vid. infra 1874. *Χορεῖος* M.

[a] *Fiat*] *Feriet* H.

[b] *Vis tu*] *tu* om. M.V.P. sed habent Mic. Pet. Br. *si vis* Lachman. cum anonymo apud Santenium.

Hactenus vicissitudo vertitur [c]disyllabum,
Nam quater reciprocantur numerus et tempus duplex.

De octo pedibus trisyllabis.

Octo porro procreantur, quos vocant trisyllabos.
Τρίβραχυν primo loquemur, tunc sequentur caeteri,
Vt pedes sibi [d]recursant temporum adversi vice.
Nanque huic adversus ibit, qui tribus longis patet;
Hunc molossum nominarunt, hunc et [e]ἵππειον vocant.
Temporum tria ille habebit, iste duplo tenditur:
[f]Quae tamen cum partieris, simpla duplis reddito.
Forma talis est [g]minoris, *anima* quando dicimus,
Hic trilongus tunc sonabit, quando *Romanos* loquor.
Qui breves primas habebit atque longam tertiam,
Is erit ἀνάπαιστος. [h]vides quot iste pes sit temporum.
(Versus hic nusquam vacillat: hoc suo reddam loco.)
Huius exemplum tenebis, quando *populos* nominas.
Dactylum post hunc loquemur, nam priori adversus est,
Ordinis situ repugnans, temporum [i]consors modo.
Nam breves longam sequuntur, quando dico *Romulus*.
Horum [j]uterque tempus aequum librat arsin cum thesi. 2414 P.
Cum duas longas sequetur una brevior syllaba,
Pes erit βακχεῖος, [k]ἀντίβακχος autem tunc erit,
Cum brevem primam locabis et duas longas dein:
Nomina aut [l]vertes vicissim, cum priorem dixeris
[m]Antibacchum, nominato qui redit contrarius.
Temporum mensura par est, bina ternis appara,
Vt pedum natura poscet ante vel retro brevem,
Forma ut est *Romanus* [n]illi, sic *Catones* alteri.
Septimum pedem loquemur, quem vocant ἀμφίβραχυν,
Cum duae breves utrinque, media longa ponitur,

[c] δισσυλλάβων] Sic Br. *disyllabum* M.V.P. Pet. Mic.

[d] *recursent*] Sic Br. *recursant* M.V.P. Pet. Mic.

[e] ἱππεῖον] *Hippion* Santenius.

[f] *Quae tamen—simpla duplis reddito*] Supra 1351 *Altera aut simplo vicissim temporis duplum dabit.*

[g] *minoris*] *minori* M.V.P. *minoris* Br. Mic. Pet. Mox *Romanus* M.V.P.

[h] *satis vides quot sit iste temporum* M.V.P. *ἀνάπαιστος vides quot iste pes sit t.* Br. *ἀ. vides quot sit pes iste t.* Mic. Pet. *ἀνάπαιστος. sat audis quot sit iste t.* Lachman.

[i] *consors*] *concors* Ruhnkenius.

[j] *uterque*] Ita M.V.P. Pet. Mic. *utrunque* Br. Mox *arsim* M. *arsi* Lachman.

[k] ἀντιβάκχος] Sic Br. Pet. Mic. αντιβακχειος M.V.P.

[l] *vertes*] *vertens* Lachman.

[m] Αντίβακχον] Sic Br. *Antibacchum* Pet. Mic. *Antibacchium* M.

[n] *illi*] Sic Briss. Pet. *ille* M. Mic.

Quale si velis *amoenus*, aut *amicus* dicere.
Arsis hinc sumat necesse est tria priora tempora,
Et thesi relinquat unum: vel licet vertas retro,
Arsis uno sublevetur, deprimant thesin tria.
Par pari figura non est, pugnat unum cum tribus,
Nec modum dupli rependit, nec tenetur [o]sescuplo:
Exigunt idcirco talem qui sequuntur musicam.
Pes adest supremus [p]unus octo de trisyllabis,
'Αμφίμακρος. hunc priori perspicis contrarium:
Nam duae longae receptam continent intus brevem,
Romulos si nominemus, [q]*Apulos*, aut *Doricos*.
Sescuplo metimur istam, quinque nam sunt tempora.
Nunc duo ante tria sequuntur, nunc tribus reddes duo,
Italum si quando mutat Graius accentus sonum.
Apulos nam quando dico, tunc in arsi sunt duo,
Σωκράτην Graius loquendo reddet in thesi duo.
Creticum appellant eundem, forte [r]Curetum genus
[s]Quo modos ludo sub armis congruentes succinat.
Primus iste pes locatur his ubique in versibus,
Optimus pes et melodis et [t]pedestri gloriae:
Plurimum orantes decebit, quando paene in ultimo
[u]Obtinet sedem beatam, terminet si clausulam
Dactylus, spondeus, [x]imam, nec trochaeum respuo.
[y]Bacchicos utrosque fugito, [z]nec repellas tribrachyn.
[a]Plenius tractatur istud [b]arte prosa rhetorum.
Nam solet longam trochaeus solvere in duas breves:
Vnde et appellant trochaeum quem vocamus tribrachyn.
[c]Nec minus frequens iambus tribrachyn ex se [d]procreat:

[o] *sesquiplo*] Sic Br. *sescuplo* M.V.P. Mic. Pet. et infra 1431.

[p] *unus octo de trisyllabis*] *uno acto de tribus syllabis* M.V.P. vulg. habent Br. Mic. Pet.

[q] *Apulos* M.V.P. Pet. Mic. *Appulos* Br. Mox *Sexquiplo* Br.

[r] *Curetum* M.P. Mic. Pet. *Curretum* V. *Creticum* Br.

[s] *Quo modos ludo* M.P. Mic. Pet. *Quo modo ludos* Br.

[t] *pedestri*] *pedestris* Rufinus p. 2721.

[u] *Obtinet*] *optinet* M.

[x] *imam*] *ima*, i. e. clausula, Luzacius, *imum* Santenius, conferens v. 1467.

[y] *Bacchicos*] *Bacchios* Aldus.

[z] *nec repellas*] *ne repellas* conj. Santenius. *refellas* Rufinus.

[a] *Plenius tractatur*] Hunc versum post v. 1446. transposuit Brissaeus.

[b] *arte prosa*] *arte et prosa* Rufinus.

[c] *Nec*] *Haec* Mic. in Corrig.

[d] *procreat*] *creat* M. Pet. Mic. *procreat* Br. post Aldum. et sic Mic. in Corrig. *ex sese creat* Lachman.

Solvit et spondeus unam, cum propagat dactylum,
Cum prior solvetur, [e]edet dactylo contrarium.
Amphimacros saepe primam, saepe solvit tertiam:
Quin et ambas saepe solvens quinque componit breves,
Versus est ut ille noster, quem probare debeo:
Regulam reddemus omnem debito metri loco.
[f]Nulla enim [g]non longa solvi per duas breves potest:
Dum suo pedi reservet praestituta tempora,
Syllabarum [h]nil nocebit longior progressio.

De duplicibus pedibus.

Nunc incipiam bis geminos pedes referre, 2415 P.
Quasi si repetam, quos docui, disyllabos iam,
Vnum ut faciant duo pariter pedes iugati.
Προκελευσματικὸς primus erit: breves habebit
Hic quattuor omnes, duo quia sunt pariambi.
Hunc efficiet [i]*Minucius* ut quis vocitetur.
Versum dabo, quo regula nota fiat omnis:
Perit abit [k]*avipedis animula leporis.*
[l]Hunc nos pedibus scandere convenit iugatis:
[m]Tetrameter erit, tribrachys in fine resistet,
Pariambon habebit simul et semipedem imum,
[n]Detracta sit ut quarta pedi syllaba quarto.
Catalexis enim dicitur ea clausula versus,
Quam syllaba vel pes numeri datus minoris
Ita terminat, ut discrepet id quod inde [o]restat.
Adversus huic tempora bis quaterna sumet.
[p]*Δισπόνδιος* hic dicitur: ecce nomine ipso
Debent duplici tempora singuli quaterna.
Rhythmis magis hic iugiter invenitur aptus:
Anapaestica necnon variantur inde metra,

[e] *edet*] Sic Ald. *aedet* Br. *eo: et* M.V.P.

[f] Si is erit anapaestus vides quot sit pes iste temporum, ubi Creticus in quinque breves resolutus est. MIC. in marg.

[g] *non* om. M.V. habent Br. Pet. *nū* Mic.

[h] *nil*] Sic Br. Pet. *nihil* M. Mic.

[i] *Minucius* M.P.V. *Minutius* Br. Mic. Pet.

[k] *avipedis*] Ita Br. cum Martiano Capella s. 518. *alipedis* M. V.P. Mic. Pet.

[l] *Hunc*] Sic Briss. *Nunc* M.V.P.

[m] *trimeter erit* M.V.P. *tetrameter erit* Mic. Pet. *tetrametrus erit* Aldus. *Et trimeter* Br. Mox *unum* Lachman. pro *imum*.

[n] vv. 1468 et 1469 transposuit Lachman.

[o] *praestat*] *restat* Lachman.

[p] *Δισπόνδιος*] Ita Mic. Pet. *δισπόνδεος* Br. *δισπονδειος* M.

Quasi si [q] duo sint, tempora [r] qui quaterna reddunt.
Cum prima brevis, longa dein, tertia longa,
Post quarta brevis syllaba continebit omnes,
Hunc promit iambus, geminum facit trochaeus.
Pes nomen habebit, quod in hoc referre metro
Longae prohibent ordine tres simul locatae:
'Αντίσπαστον enim mage lex heroica promet.
Est forma, *Tarentina* velut moenia dicas.
Claudunt medias quando breves utrinque longae,
Est ante trochaeus, sequitur dehinc iambus.
Idcirco gemellum vocitarunt *χορίαμβον,*
Nam qui chorios dicitur et trochaeus idem est.
Exemplar in isto facile est locare versu,
Si *Romulidas* dicere quis velit Quirites.
[s] Sin prima brevis, longa sequens, itemque rursus
Sibi consimiles ordine quo duas locavi,
Hunc rite vocant, quia geminatur, diiambon,
Duplicemque trochaeum vocitarunt *διτρόχαιον.*
Est forma prioris, quasi si *Corinthios* quis,
Itidemque sequentis, quasi *Gallicane* dicat. 2416 P.
Nunc reddo duos, nomine quos Ἴωνας ambos
Discrimine signant, dedit ordo quod locorum.
Longas siquidem quando prius locamus ambas,
[t] Deinde breves subdimus, ut putes priorem
Spondeon oriri, comitem mox pariambum,
'Απὸ *μείζονος* illum memorant Ionicorum.
At qui brevibus praepositis deinde longas
Acceperit, *ἀπ' ἐλάσσονος* hunc iubent vocari.
Nomen tibi quid deligo, quo notes priorem,
Cum versibus istis totiens recurrat hic pes,
Longas geminat qui prius et iugat minores?
Lavinia cum dicimus, haec tamen figura est,
Metrumque facit Sotadicon quod vocitarunt,
Qui multa ferunt hoc pede Sotaden locutum.
'Απ' *ἐλάσσονος* autem cui nomen indiderunt,

[q] *duo sint*] Sic Br. *duos in* M. V. P.
[r] *qui*] *quia* Putsch.
[s] *Sin*] *Si* V.
[t] *Ac deinde*] Sic Br. *Ac* om. M. V. Mic. Pet. *exinde* Lachman.

In nomine sic est, *Διομήδης*: metron autem
Non versibus istud numero aut pedum [u]coartant,
Sed continuo carmine [x]quia pedes gemelli
Vrgent brevibus tot numero jugando longas,
Idcirco vocari voluerunt [y]*συνάφειαν*.
Anapaestica fiunt itidem per *συνάφειαν*:
Versus tamen et non minus inde comparatur,
Qui saepe pedes tres habeat vel ille plures,
Catalectica quos syllaba terminat, frequenter
Solet integer anapaestus et in fine locari.
'Απ' *ἐλάσσονος* unquam numero non cohibetur,
Sensum quotiens terminat aut carmina finit.
Longas ratio est ponere, non breves, in imo,
Pes ut [z]integer sit geminus, simulque in aure
Dulcem sonitum tempora longiora [a]linquant.
'Απὸ *μείζονος* autem brevior quod est secundis,
Versus male ne desinat, adhibentur in imo
Quas prima pedis portio longas habet ambas:
Ita versus erit de tribus et semipede uno:
Tres dico iugatos fieri, [b]semipedem unum.
[c]Et Paeonici nominis ambo [d]sunt quaterni.
Is primus erit, longa cui locata prima est,
Quam continuo tres aliae breves sequuntur:
Tu pone trochaeum prius, et mox pariambon,
Caecilius erit consimilis pedis [e]figurae.
Π*αιῶνα* secundum faciet secunda longa:
Fiet [f]hinc iambus prior, et dibrachys alter,
Dicat quasi si quis magis hunc *Horatius* vult.
Hoc ordine fit tertius, ut sit pariambus
Prior, et socium post sibi copulet trochaeum:
Menelaus ei nomen erit simile locatum.

[u] *coartant* M.V. Mic. Pet. *coarctant* Br.
[x] *quia pedes*] *quia* om. M.V.P. habent Br. Mic. Pet.
[y] *συνάφειαν*] Schol. Cruq. ad Horat. Od. III. 12, 1. *Synapheia vocatur, quia non pedum, sed sensus fine concluditur.*
[z] *Pes ut integer* M.V.P. *Pes integer ut* Br. Mic. Pet.
[a] *linquant*] *liquant* M. Mox *secundus* Ald.
[b] *et semipedem*] *et* om. M.V.P. Pet. Mic. habet Br.
[c] *Et paeonici* M.V.P. Mic. *At paeonici* Pet. *Ut paeonici* Br.
[d] *sint*] *sunt* M.V.P. Pet. Mic.
[e] *figurae*] An *figura?* ut v. 1484. SANTEN.
[f] *Fiet hinc*] Sic M.V.P. Mic. Pet. *Hinc fiet* Br.

Quartum quoniam quarta facit syllaba longa,
[g] Subiungit iambum prior hic pes pariambus: 2417 P.
Apto similes nomine Πελοπίδαι sonabunt.
Et ἐπίτριτος aeque genus est Paeonicorum,
Totidem pedibus quia varius, tempore differt:
Septena etenim tempora singuli tenebunt,
Cum Paeonici possideant quina priores.
Cum prima brevis syllaba, longae veniunt tres,
[h] Is primus habetur: pedibusque post secutis
Ex ordine sunt nomina, quem breves tenebunt.
Spondeus iambum sequitur quando priorem,
[i] Prima si brevis, ἐπίτριτος hic primus habetur.
Migrante brevi consequitur pedem trochaeum:
Idcirco secundus vocitatur alter hic pes,
Vt tertius ille est, brevis ubi tertia currit:
Spondeos in hoc fit prior, est sequens iambus.
Idemque manet, cum faciet [k] quarta trochaeum;
Quartum quoniam perspicis hunc epitriton esse.
Versus similes non sinit hic dari figuras,
Vt quibo tamen disparili notabo metro.
Primus [l] *Agyllinos* pes efficit, alter Ἀρχιμήδην.
Δημοσθένης fit tertius: quarto loco
Qui currit, poterit quasi Δωδωναῖος haberi.
Ἄρσιν quotiens in geminis θέσιν ve quaeres,
Sex aequa pedes tempora dividant oportet,
Binas pariles qui sibi syllabas habebunt:
Προκελευσματικὸς bina dabit, sequens quaterna.
Qui sena tenent tempora, terna partientur.
At quando genus [m] finditur hoc Ionicorum,
Longis dare nos tempora convenit quaterna,
Et bina duabus brevibus dari necesse est:
Servare vices [n] ammonet ordo longiorum.

[g] *Subiungit*] *sibi iungit* conj. Lachman.

[h] *His primas* M.P.Mic. *His primis* V. *Is primus* Pet. cf. 1533. *Hic primus* Br.

[i] *Prima si brevis est* M.V. *Si prima brevis est* P. *Si prima brevis* Br. Mic. Pet.

[k] *quarto*] *quarta* Mic. Pet.

[l] *agyllinos*] *Agyllinos* Mic. Pet.

[m] *finditur* M.V.P. Mic. Pet. *funditur* Br. *scanditur* Micylli margo.

[n] *admonet*] *ammonet* M.P.V. Pet. Mic.

Impar numerus Paeonicis utrisque coget
Aptare duobus tria vel quaterna ternis,
[o]Sesquata fere quod numeros pars secat istos.
  Perspecta [p]pedum regula si satis videtur,
Iam possumus ipsis animum adplicare metris.

DE METRIS.

Hexametri duo.

Hexametros tradit genitos duo prima vetustas:
  [q]Herous ille est, hunc vocant iambicum; 2418 P.
Nam pedibus senis constare videmus utrunque,
  Diversa quanquam lex sit ambobus pedum.
Additur haec gemino non [r]absona fabula metro,
  Seu vera res est: spectet auctorem fides.
Cum puer infestis premeret Pythona sagittis
  Apollo, Delphici feruntur [s]accolae
Hortantes acuisse animum bellantis, ut illos
  [t]Metus [u]habebat aut propinqua [x]adoria.
Tendebat geminas pavida exclamatio voces,
  [y]*'Iὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν.*
Spondeis illum primo natum cernis sex.
  Ex parte voces concitas laeti dabant,
'Iὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν.
  Et hinc pedum tot ortus est iambicus.

Haec [z]sibi quaeque prius distinguere metra paramus;
  Heroa primo, mox adire iambica,
Alternae ne quem impediat confusio sylvae:
  Quae lex sit ipsis, quae sit [a]his quae procreant,
Partibus adiectis detractis quae varientur,
  Posthinc deinde quanta compages novos

[o] *Sesquata*] Sic M. Pet. Mic. *Sescupla* Br. quem vide in praefatione. *Selbualtera* M. in marg. *Sesquialtera* marg. P. "*Sesquarta* "legit Aldus," Mic. in marg.

[p] *pedum regula*] *regula pedum* M.V.P.

[q] *Herous*] *Heroïcus* M. V. P. *Herous* Br. Pet. Mic.

[r] *absona*] *obsona* M.V.P. *absona* Br. Pet. Mic.

[s] *adcolae*] *accolae* M.V.P. Pet. Mic.

[t] *Metus*] Lego *Metus aut*. SANTEN.

[u] *habebat*] Bramius *agebat*. Hoc ipsum pro interpretatione dederat Brissaeus. *jubebat* Lachman.

[x] *adorea*] *adoria* M.V.P. Vid. Servius ad Virg. Aen. X. 677. *adorea* Br. Mic. Pet.

[y] *ιηϊε παϊαν* ter M. Correxit Aldus.

[z] *sibi*] Bramius et Santenius *tibi*.

[a] *his*] Sic Br. *iis* M.V.P. Pet. Mic.

Alternet varietque modos, mutatio quantum
  Commendet. etsi non valebo plurima
Attingam vel pauca tamen: nam pandere prima
  Prodest frequenter artium vestigia.

Vim propriam pedibus fida cito reddito mente,
  Ne, dum requiris, tarda sit [b]dispectio.
Spondeus, versum quo primum diximus ortum,
  [c]Vim suam tuetur hexametris heroum,
Nomine nunc proprio, nunc debita tempora reddens,
  Sub alterius consonat vocabulo.
Ex geminis longam solvet si quando sequentem,
  Fit dactylus [d]trisyllabis, tempus manet.
Si prior in geminas solvetur longa minores,
  Tum pes recurret dactylo contrarius:
Tempora sed quanquam totidem defendat uterque,
  Heroa fiunt pulchriora dactylo.
Haec contra [e]vitiant incurrentes anapaesti
  Post dactylum, ne quattuor iungas breves:
[f]Post autem spon*deum veniens* sic mutet oportet,
  Vt iste versus iam docet, legem metri.
Ergo spondeus plerunque in dactylon ibit,
  Nec interest vel quo loco vel quam frequens.
Nam saepe alterni gemini, nunc saepius alter,
  Species reformant plurimas in versibus,
Quas longum credo perscribere, cum sibi cunctas
  Legendo possit annotare quilibet.
Hoc sat erit monuisse, locis quod quinque frequenter
  Iugem videmus inveniri dactylum. 2419 P.
Sed non et sextum pes hic sibi [g]vindicat unquam,
  Nisi quando rythmum, non metrum, componimus.

[b] *dispectio* M.V.P. Pet. Br. *despectio* Mic. Com.

[c] *Vim suam tuetur hexametris heroum* M.V.P. et sic ed. Lachmannus, omisso *vim* in principio. Sed *suam* videtur esse monosyllabon. *Heroon hexametris tuetur vim suam* Briss. Pet. Mic. *Herŏum* mediam corripit inf. 1647.

[d] *trisyllabis*] *trisyllabae* videntur dici tres syllabae, quomodo *bigas* duos equos dicimus. SANTEN. *trisyllabus* Lachman.

[e] *vitiant*] Sic Br. *viciant* M. Mic. Pet.

[f] *Post autem spondeum veniens* M.V.P. *Post spondeum autem veniens* Br. Mic. Pet. *Post spondeum autem sic veniens* Dawesius.

[g] *vindicat* M.V. Pet. Mic. *vendicat* Br.

Nanque metrum certique pedes numerusque [h]coercent :
Dimensa rythmum continet lex temporum.
Spondeus partem semper sibi vindicat imam,
Dat et trochaeo qua dissyllabo locum.
Nec damnum importat, tria qui sua tempora subdit,
Quae quattuor spondeus [i]expleret magis.
Debita nam spatii recipit quasi tempora versus,
Dum iungit imis consequens exordium.
Omnibus in metris hoc iam retinere memento,
In fine non obesse pro longa brevem.
Praeterea pes nullus erit, [k]qui rite locetur,
Laudem mereri si voles poëticam.

Hexametron dicunt, sed non heroicon omnem :
Nam sex pedes inesse non erit satis.
Leges quippe datas heroica carmina poscunt,
[l]Quis acta Homerus heroum cum scriberet,
Versibus ostendit : quas aeque sermo Latinus
Custodit omnes, et pedes solos probat,
Quos supra posui : Graecis et Creticus aptus,
[m]Bacchius etiam ponitur pro dactylo.
Creticus in nostris, si [n]levia carmina pangas,
Raro invenitur, qualis hic Maronis est,
INSVLAE Ionio in magno quas dira Celaeno.
Creticus offendit pes primus et asperat aures.
Dabo et latentem sed notandum Creticum,
[o]*SOLVS HIC inflexit sensus :* nam primus et istic
Pes longiorem tertiam dat syllabam :
[p]C geminum, quoniam sermonis regula poscit
Vt fiat *hicce* plena vox, [q]excluditur
Vocalis, dabitur : nec consona pellitur ulla,
Nisi quae duabus obstat una vocibus,

[h] *coercent*] *coercet* Pet.
[i] *expleret*] Sic M.V.P. Pet. L. Mic. *impleret* Br.
[k] *qui rite* M.V.P.L. Mic. Pet. *quin rite* Br. cum Aldo.
[l] *Queis acta Homerus heroum*] Castalio Obs. Dec. IX. c. 8. *Heroum Homerus acta, quas.* Barthius Adv. XV. 2. *Heroum Homerus acta quîs.*
[m] *Bacchius — Creticus*] Lege Schol. Hephaest. supra p. 189. Pompeium ed. Lind. p. 50.
[n] *laevia*] Sic Br. *levia* M.V. P. Pet. Mic.
[o] *Solus hic*] *Solus hicc* Br.
[p] *Cc*] *C* M.V.P.L. Alii *Cc*.
[q] *excluditur*] *si excluditur* Lachman.

Cum venit in medium, vocesque [r]oblimat adhaerens;
  Bis senus istam litteram monstrat locus.
Aut geminum in tali pronomine si fugimus [s]C,
  Spondeus ille non erit, qui talis est,
HOC ILLud germana fuit: sed et, *HOC* [t]*ERAT alma:*
  Iambus ille fiet, iste tribrachus.

Tome quot modis fiat.

Has autem leges heroicus omnis habebit.
  Cum post duos pedes relicta syllaba est,
Si plenum absolvet verbi vel nominis instar,
  Orationis ista vel quae pars erit;
Hoc πενθημιμερὲς [u]medium de quinque vocatur:
  Hanc et tomen dixere: forma talis est,
Tityre tu patulae: concludit syllaba nomen,
  Duos pedes secuta, [x]quae fit semipes.
Talis in heroo laudatur regula versu, 2420 P
  Locumque primum possidet, quia prima fit.
Nec minus hanc laudant [y]quam dat mensura secundam,
  Post tres pedes ut una nomen terminet.
Hanc [z]hepthemimerin numeri de parte vocarunt,
  Quia tres pedes et una septem dividunt:
Inde toro pater Aeneas, exemplar habebis:
  Post tres pedes reperta nomen integrat.
Horum si nihil est, specta ne forte trochaeus
  Sit tertius, [a]finemque det vocabulo:
Infandum regina, datur locus esse trochaeo,
  Quem post duos pedes videmus tertium.
Nec vitium medio in versu deprensus habebit,
  Quem dactylum secuta faciet syllaba:
Nam sequitur *regina iubes:* prior inde trochaeum
  I u brevis secuta reddit dactylum:
Bes, hinc quae remanet, connectit caetera versus
  Membra: at trochaeus tantum erit novissimus.

[r] *oblimat*] *obliquat*, sed dubitanter, Santenius.
[s] *Cc*] vide ad 1659.
[t] *erat*] *erit* Pet. Mic.
[u] *medium*] *mediis* H.
[x] *quae sit*] *quae fit* Pet. Mic. Br. *fit* sine *quae* M. *fiet* Lachman.
[y] *quae dat* Br. *quam dat* Pet. Mic. *qui* M.V.P.L.
[z] *hephthemimerin* M.V.P. Mic. *hephthemimerem* Mic. marg. *ἑφθημιμερῆ* Br.
[a] *finemque*] Sic Pet. Briss. *finesque* M. Mic.

Et quartum tradunt simili ratione trochaeum,
  Exemplum [b]at eius vix [c]et ipsi conlocant:
Nanque ex praedictis paene est ut regula quaevis
  Inventa versum comprobet, [d]quam sic vacet
Quandoque ut quartum contingat habere trochaeum.
  Exemplar eius tale confici potest,
Quae pax longa remiserat, arma novare parabant:
  Quartus trochaeus *arma* fit, rarum est tamen.
Harum si nulla est species [e]deprensa, magistri
  Versum recusant, nec vocant heroicum.
Sed fortasse putes nullum contingere versum
  [f]Qui nullam earum [g]regulam non incidat.
Rarum concedam, fieri non posse negabo:
  Apud Maronem talis incurrit mihi,
Magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile:
  Species in istum nulla praedicta incidit.
Magnanimi Iovis est etenim tantum geminus pes,
  Sequiturque nullus qui probatur semipes.
Inde duas longas pes tertius efficit *ingra,*
  Orationis plena nec pars editur.
Et quartus *t'ascen*, nec portio plena relicta est:
  Et [h]*de* sequens longam priorem perficit.
Quintum nulla iubet lex observare trochaeum:
  Nec est notandus unus in tot milibus.

Hae faciunt formae variari plurima metra:
  Quae potero, tangam: tu mihi leges tene.

De pentametro versu, qui et elegiacus dicitur.

Pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor,
  Quidam non dubitant dicere Callinoum. 2421 P.
Hexametro cum quinque pedum subiungitur iste,
  Partes heroi dupliciter recipit,

[b] *at eius*] *et eius* M.P.V. Br. *at eius* Mic. Pet.
[c] *sed ipsi*] *et ipsi* M.V.P. Mic. Pet. *sed ipsi* Br.
[d] *quam sic vacet* M.V.P. Pet. Mic. In margine asteriscum habet Mic. *quem (si vacet)* Br. *Quis si vacet Quandoque* i. e. si versus careat praedictis regulis, Santenius.
[e] *deprensa*] *deprehensa* M. Mic.
[f] *Qui nullam* M.V.P.L. Pet. Mic. Barthius Adv. XV. 2. *Quin ullam* Br. *Quin nullam* Dawes. Veteres duabus negationibus non semper affirmare satis ostendit Santenius. *qui in ullam* Lachman.
[g] *in regulam*] *in* om. M.V.P.L. Pet. Mic. Santen. addidit Br. Vide infra 1710. Mox v. 1711. *n* pro *etenim* M.
[h] *De*] legendum videtur *D.* SANTEN.

Quas [i] penthemimeris possit disiungere forma:
  Has si quis geminet, pentametrum faciet.
Sed refert duo sint, an dactylus unus in illa:
  Cum duo sunt, eadem bis repeti poterit.
Subiungam exemplum quo fiat planius istud:
  Desine Maenalios, desine Maenalios.
Dactylus ut duplex, non bis sententia currat:
  Desine Maenalios, Musa, referre iocos.
Hoc nec [k] praepositum peccat, nec parte sequenti:
  Talis utrique loco convenit una tome.
Si primo spondeus erit, tum dactylus alter,
  Stabit comma prius, non poterit repeti.
Talis erit versus haec portio, quam modo tracto:
  Postquam res Asiae: claudicat, ut [l] repetas.
Vt stet comma sequens, bis dactylus adsit oportet:
  Postquam res Asiae, desine Maenalios.
Dactylus in primo positus, spondeus adhaerens
  Non oberit primis, officiet reliquis.
Exemplum ponam parti quod congruat isti:
  Musa mihi causas: discrepat hoc iterum.
Dactylus ergo duplex redeat mihi parte sequenti:
  Musa mihi causas, desine Maenalios.
Spondeum duplicem quae pars prior est bene sumet:
  Peccat enim tantum posteriore tome.
Spondeos ante ergo dabis, pars caetera curret:
  O fortunati, desine Maenalios.
Pars prior ergo pedum admittet quencunque duorum,
  Dactylus in reliqua bis repetundus erit.

Scandunt pentametrum, duo sint quasi commata, quidam,
  Vt pedibus binis semipedes superent:
Hos sibi coniunctos spondeum reddere quintum:
  [m] *Postquam res Asiae, desine Maenalios.*
At quidam in medio spondeum reddere malunt,
  Semipedem et primum cum capite alterius
Iungunt, dactylico quae fit de commate longa.
  Inde duas promptum est sic remanere breves:

[i] *penthemimeris*] πενθημιμερῆς Br.
[k] *praepositum*] *propositum* Mic. Pet.
[l] *repetas*] *repetis* Briss.
[m] Hic vs. bis legitur M.

His longam adnectunt, qua dactylus incipit alter :
Cernis et hinc alias tot remanere breves :
Has ad semipedem iungunt in fine relictum.
Vltima nec refert longa sit anne brevis.
Sic spondeus erit medius, duo post anapaesti :
Postquam res Asiae desine Maenalios.
Idcirco primo curabis commate semper,
Ne brevis incurrens syllaba semipedis
Spondeum mediis nequeat coniungere longis,
Et fiat ta*lis, incipe Maenalios :* 2422 P.
Nam *lis,* quae brevis est, iungat sibi sive supremam
Os, vel quae prima est, *in*, caput hoc etenim est,
Quia nec producta est, geminat nec consona vires,
Spondeus minime pes sed iambus erit.
Exemplum idcirco vocali a parte locavi,
Longa foret ne *lis,* [n]*desine Maenalios.*
Quidam, [o]quia gemino constat de commate versus,
Cludere comma prius non timuere brevi :
Vt sit pentameter talis qualem modo fingo,
Hoc mihi tam grandE munus habere datur :
Aut qualis supra versus peccare videtur,
Si [p]fiet ta*lis incipe Maenalios :*
[q]Nam referre nihil, sit [r]qualis syllaba fini,
Commataque hoc ipsum iuris habere volunt :
Idcirco et verbo nunquam uno cola ligari,
Vt constet parti finis utrique suus.
Nam vitiosus erit sic pentameter generatus,
Inter nostros gentilis oberrat [s]*equus :*
[t]Spondei duo sunt, quos dixi commate primo
Posse dari : verum syllaba quae sequitur
Nec [v]penthemimerin verbi cum fine relinquit :
Quae data pentametris regula prima sonis :
Nec post dactylico debet quae [u]commate iungi,
Esse caput versus dactylici patitur.

[n] *desine*] Sic M.V.P.L. Br. *incipe* Mic. Pet. Com. Sed *desine* Pet. in comment.
[o] *quia*] v. 52.
[p] *fiet*] *fiat* Ald.
[q] *Nanque* M.V.P.L. Br. *nam* Br. in corrig. cum Ald.
[r] *qualis*] *quali* Pet. qua *lis* Lachman.
[s] *equus*] *ecus* M. Mic. et infra 1796.
[t] *Spondei*] *Spondii* M.V.P.
[v] *penthemimerem* Mic. marg.
[u] *commate*] Sic Br. Pet. Mic. in Corr. *commata* M.V.L. Mic.

Hoc ipsum melius mutata parte coïbit,
[x] *Gentilis nostros inter oberrat equus.*
Tantam nostra nequit mensura absolvere litem :
Malo tamen longa cludere comma prius.
Hos elegos dixere, solet quod clausula talis
Tristibus, ut tradunt, aptior esse modis.

De epodo, qui et semielegiacus.

Nec tantum hexametris geminam subiungere partem
Dactylicam mos est : saepe semel posita
Praemisso hexametro dulcem subnectit [y] epodum.
Talis epodus erit :
[z] *Tibia docta, precor, tandem mihi dicere versus*
Desine Maenalios.
Hoc doctum Archilochum tradunt genuisse magistri :
Tu mihi, Flacce, sat es,
Diffugere nives, redeunt iam gramina campis
Arboribusque comae.

De anapaestico versu catalectico ex secunda parte heroici.

Caetera pars superest, *Mea tibia dicere versus.*
Haec iuncta frequentius [a] edet 2423 P.
Anapaestica dulcia metra.
Cuicunque libebit, [b] ut istos,
Triplices dare sic anapaestos,
[c] Atque ille poëta [d] Phaliscus,
Cum ludicra carmina pangit :
Vva uva sum et uva [e] *Falerna :*
[f] *Et ter feror, et quater anno.*
Libro quoque dixit eodem
[g] *Vndae unde colonus* [h] *eoae*

[x] *gentiles—equus*] *Gentiles—equos* Augustin. Music. IV. p. 366.

[y] *epodon*] *epodum* M. Mic. Pet.

[z] *Tibia*] *Talia* Br.

[a] *edet*] *edent* M.V. Mic. Pet.

[b] *ut istos* M.V. Mic. Pet. Marius Victorinus p. 2579. *ita istos* Br.

[c] *atque*] Constructionem non assequor. An *Ut que?* nisi Maurus voluerit *ita, atque*, i. e. veluti, quemadmodum Jureconsuli nonnunquam loquuntur. SANTEN.

[d] *Phaliscus*] *Faliscus* mavult Santenius.

[e] *Phalerna*] *Falerna* M.

[f] *feror*] *Seror*, et *teror* dubitanter conj. Santenius.

[g] *unde unde*] *Undae unde* Lachman. cum Camerario ad Marium Victorinum p. 180. ed. Oxon. ubi notatur semel *unde* scriptum esse in MS. Par.

[h] *eoae*] *eoi* Pet. Mic. Santen.

A flumine venit [i] *Oronti.*
Erit ultima syllaba post tres,
Catalectica quae perhibetur:
Nec non alias quoque binas,
Et tres superare solere.
Pes sit licet integer ipse,
Si non hunc regula poscet:
Catalecticon hoc genus omne
Et semipedem vocitari
[k] Supra quoque iam meministi.
Mirum tibi nec videatur
Spondeon inesse anapaestis:
Rex et dominus prior ipse est,
Hic advena sumptus et hospes
De foedere temporis aequi,
Quotiens locus expetet, ultro
Reddet sua iura priori.

Anapaesticum iunctum ithyphallico.

Alias tamen haec eadem pars
Quotiens ithyphallicon addit
Metrum sibi, tale fit unum.
Mea tibia dicere versus destitit Latinos.
Iamdudum saucia cura deserit pudorem.
Priamique evertere gentem fata iam parabant.
Ithyphallica porro [l] dicarunt musici poëtae:
Qui ludicra carmina Baccho versibus petulcis,
Graio cum cortice [m] phello tres dabant trochaeos.
Vt nomine fit sonus ipso, *Bacche, Bacche, Bacche.*

Anapaesticum de hexametro.

Hexametrum quotiens ita totum dactylus explet,
Vt nusquam in medio, sed sit spondeus in imo,
Sive trochaeus erit, cum dempta est syllaba prima,
Quae demi poterit, reliqui [n] fient anapaesti,
Vltimaque ex illis catalectica quae remanebit.
Dactylico tali facile est hoc noscere versu,
At tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.

[i] *Oronti*] *Orontae* Pet. Mic. Santen.

[k] *Supra*] v. 1468.

[l] *dicarunt*] *dictitarunt* M.V. Mic. *dicarunt* Mic. marg. *citarunt* Lachman.

[m] *phallo*] Sic Ald. Briss. Pet. Mic. *phello* M. *pello* V. "Corti-"cis mentio modo facta requirit "*phello*." SANTEN.

[n] *fient*] *fiunt* Mic.

At, coniunctio quae solida est, cum demitur inde,
Ea formula fiet ut est anapaesticus iste, 2424 P.
Tuba terribilem sonitum procul aere recurvo:
Vltima *vo* remanet, quia dempta est syllaba prima,
Dactylon in primo reddens, spondeon in imo.

Choriambicum Phalaecium ex pentametro.

Nec non, dactylico qui commate constat utroque,
Pentameter metrum quod erit choriambicon edet.
Exemplum ponam, tunc fiat quatenus, addam:
Nulla meo sedeat turba profana loco.
Dactylicon [o]colis esse vides geminis,
Primum [p]et semipedem post detur syllaba longa,
  Sive est natura, seu fit ab adpositis,
Et quae nunc brevis est, fiat penultima longa
  Tempore producto, caetera permaneant.
Insere *nulla meo IAM,* produc paene supremam,
  Qui *locus* ante fuit, *lucus* ut esse queat:
Efficies metrum nomen cui dant choriambo,
  Nulla meo iam sedeat turba profana luco.
[q]Praemonui chorion dici, quem saepe trochaeum
Dicimus; hic prior est, alter iambon habet.
Nulla meo pes efficitur geminatus utroque.
Iam sedeat choriambos item, mox *turba profa* pes
Tertius accedit similis, pars illa *na luco*
[r]Bacchio adversus fiet pes, nam brevis ante est,
Et geminae longae; fiet catalexis in istum,
Quia non eiusdem generis deprensus in imo est,
Vt docui, nec enim cludit choriambus honeste.
Hoc Cereri metro cantasse [s]Phalaecius hymnos
Dicitur: hinc metron dixere Phalaecion istud.
Nec non et memini pedibus quater his repetitis
Hymnum [t]Battiaden Phoebo cantasse Iovique,
Pastorem Branchum: [v]cum captus amore pudico

[o] *colis*] *ne locis* Br.
[p] *ut*] *et* corrigit Santenius, ed. Lachman.
[q] *Praemonui*] Sc. 1488.
[r] *Bacchio* M.V. Mic. *Bacchius* Br.
[s] *Phalaecius—Phalaecion*] *Philiscius—Philiscion* Santenius.
[t] *Battiaden*] Sic Pet. *Battiadem* M. et al. *Battiadae* schol. Statii Theb. III. 479.
[v] *cum*] *quem* emendavit R. Bentleius ad Callim. p. 427. edit. Ernest. *Pastori et Brancho, quem* Barthius ad Statii Theb. III. 478.

Fatidicas sortes docuit depromere Paean.
Qui multos legere, negant hoc corpore metri
Romanos aliquid veteres scripsisse poëtas.
Dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper,
Ancipitem tali cantavit carmine Ianum:

Choriambicum Phalaecium.

Iane pater, [x] *Iane tuens, dive biceps, biformis,*
O cate rerum sator, o principium deorum,
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus, 2425 P.
Cui reserata mugiunt aurea claustra mundi.
Ecce vides *ta mugiunt* esse duos iambos:
Temporibus nanque pares saepe sibi vicissim
Cedere, vel tribrachyn admittere saepe possunt.
Tibi vetus ara caluit Aborigineo sacello:
Hic quoque succedere sic tribrachyn annotabis,
Longa quod est in geminas prima breves soluta
Tibi: similis nec minus [y]altera pede consequenti
ra ca; monui iam satis has saepe solere solvi:
Pro chorio tribrachys hic bis datus invenitur.
Nec minus hoc, *ra caluit Aborigineo sacello,*
Vt chorius solvitur, [z]et tribrachys est iambus.

Anapaesticum archebulicum.

Anapaestus item quater editus hexametro
Ita clauditur ut choriambicus antibaccho.
Faciet tibi perspicuum cito versus idem
[a]Dactylicus, modo qui potuit dare quinque anapaestos.
[b]*Tuba terribilem sonitum dedit aere* [c]*curvo.*
Anapaestus inest quater, ultimus antibacchos.
Similem dabo versiculum magis ut probetur:
Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit haedus.
Prima reponatur, redeat quoque tertia fini:
Dactylicus tibi, qui fuerat modo, iam referetur:
Nam *tibi nascitur omne pecus, tibi crescit* et *haedus.*
Generi datur auctor huic vetus Archebulus.

De carmine miuro, hexametrum illibatum.

Dactylici finem versus si cludat iambus,
Hoc est, pro longa brevis ut paenultima fiat,

[x] *Iane*] *bina* H.

[y] *altera*] Ita Mic. Sant. *alter a* edd. al. *hoc in* H.

[z] *et tribrachys*] *ita tribrachys* Lachman.

[a] Post h. v. inserit Lachman. *At tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo.*

[b] *At tuba*] *tuba* Pet. Mic.

[c] *recurvo*] *curvo* Pet. Mic. marg.

Auribus acciderit novitas inopina, [d]mellVs
Versus ut hic resonare potest, ita si ceciNEris:
Ite domum saturae, venit hesperus, ite saTVrae:
Nile pater propera, sitiunt sata, Nile proPEra,
Heus puer ut mea sint tibi vilia carmina, VIdes.
Si nusquam hoc aliquis lectum putat, ecce dabitur
Versus Homericus Ausonio resonans ita modo,
[e]Quemque miuron Achaica gens vocitare solita est:
Attoniti Troes viso serpente pavitant.
Livius ille vetus Graio cognomine suae
Inserit [f]Inoni versus, puto, tale docimen:
Praemisso heroo subiungit nanque [g]miuron, 2426 P.
Hymnum quando chorus festo canit ore Triviae;
Et iam purpureo suras include cothurno,
Balteus et revocet volucres in pectore sinus;
Pressaque iam gravida crepitent tibi terga pharetra:
[h]*Derige odorisequos ad certa cubilia canes.*
Dactylicum tamen hoc melius resonare poterit,
Si penthemimeris talis praemissa tome sit,
Quae primo spondeon habet, mox dactylon addit,
Tum post semipedem veniant duo fine revulsi
Incolumi sermone pedes, sine parte priorum:
Postquam res Asiae veluti; tunc *primus ab oris.*

De carmine Hendecasyllabo ex penthemimeri et dipodia dactylica.

Fiet hendecasyllabos, sed alter:
Nanque hic de genere est Phalaeciorum,
Cuius mox tibi regulam loquemur.
Nunc hic talis erit versus, ut hic est,
Postquam res Asiae, primus ab oris:
At regina gravi saucia cura:
Sic fatur lacrymans, mittit habenas.
Et tandem Euboicis labitur oris.

[d] *melius* M. Br. Mic. Pet. *meleos* Lachman. v. seq. *sic cecineris* Mic.

[e] *Quem μειοῦρον*] Sic Br. *quemque miuron* M.V. Pet. Mic.

[f] *Inonis versu*] Sic Mic. Briss. Pet. *in omni v.* M.V.P. Marius Victorinus p. 91. ed. Oxon. *At cum Livius Andronicus praemisso hexametro huiusmodi subnectat versus per ordinem iambo terminatos, novam potius hanc speciem, quam miurum aestimant versum et teliambon appellant. Nam in hymno Dianae apud eundem ita inveniuntur in fabula Inone, Sed iam p.* etc. *Inoni versus* Lachman.

[g] *μιοῦρον*] Sic Br. *miuron* M.V. Mic.

[h] *Dirige*] Sic Br. *Derige* M.V.P. Mic.

Istum semipedem prima sequentis
Spondeum medium reddit utrinque:
Quartus dibrachys est, quintus in imo
Spondeum faciet sive trochaeum.

De carmine ex dactylica hephthemimeri.

[i]Cum vero hephthemimeres fuerit divisio versus,
In tragicis plerumque choris deprenditur unus
Insertus multis non una lege creatis.
[k] Fabula sic Euripidis inclyta monstrat Orestes:
Nam tali versu, cunctis trepidantibus intus,
Argivum fugiens eunuchus [l]flagitat ensem.
Caetera non simili componit lege: sed aptos
[m]Continue trepido plures connectit iambos.
Inserit [n]haec aeque Pomponius in choricis sic,
Rhoeteis procul a terris: mox dispare versu
Subiecto, *Priamique aras damnare pias:* tunc
Obrue nos Danaosque simul parilem dedit illi.
Non equidem possum tot priscos nosse poëtas, 2427 P.
Vt veterum exemplis valeam quae tracto probare.
Maurus item [o]quantos potui cognoscere Graios?
Quorum praecipue studiis [p]ars musica constat.
Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella,
[q]Nam et melius nostri servarunt metra minores.
Septimius, docuit quo ruris opuscula libro,

Carmen ex dactylica hephthemimeri.

Hoc [r]genere adsidue cecinit.
Ponere pauca mihi sat erit:
Inquit amicus ager domino,
Si bene mi facias, memini.
Pinea brachia [s] *cum trepidant,*
Audio canticulum zephyri.
Sic hephthemimeres servavit carmine utroque.

[i] *Cum vero* M.V. Mic. *At cum* Pet. Mic. marg. Santen. *Quum autem* Br. *Cum vero heptameres* Lachman.

[k] Alludit ad personam Phrygis Eurip. Or. 1363. ed. Porson. Ἀργεῖον ξίφος ἐκ θανάτου πέφευγα, κ. τ. λ.

[l] *flagitat*] *clamitat* conj. Santenius.

[m] *Continue trepido* M.V.P. Pet. Mic. *Continuo trepidos* Br.

[n] *hoc*] Sic Br. *haec* M.V.Pet. Mic.

[o] *quantos*] i. e. *quot*. Vid. Scalig. ad Manil. Sphaer. Barb. p. 364. Duker. de Lat. Vet. Ict. p. 358. SANTEN.

[p] *pars*] *ars* Santenius, coll. 2245. ed. Lachman.

[q] *Nam et melius* M.V.P. Mic. Pet. *et* om. Br.

[r] *genere*] Sic Br. *gerere* M. Pet. Mic. *genere* Mic. in Corr.

[s] *cum*] *dum* Marius Victorinus.

Hexametros facies ipsos, si caetera reddas:
Inquit amicus ager domino, sere, plurima reddam.
Si bene mi facias, memini tibi solvere grates.
Pinea brachia cum trepidant stridentia flabris,
Audio canticulum zephyri modulante susurro.
Syllaba praeterea numero superadditur isti,
Non refert qualis, cum sit suprema futura:
Hoc refert sane, brevis ut paenultima fiat,
Vltima quae metro fuit hoc inventa Sereni.

Carmen phaliscum dactylicum tetrametrum.

Nam lyrici quotiens sua volunt
Carmina per varios dare sonos,
Pluribus illa modis ita novant.
Dactylicum hoc fieri magis amat:
Vel si ponitur unus alius
Pes, modo tertius hunc retineat.
Talia docta [t]Phalisca legimus:
Nam tibi notius hoc genus erit,
Carmine si quid [tt]ab hoc posuero:
Quando flagella iugas, ita iuga,
Vitis et ulmus uti simul eant.
Nam nisi sint paribus fruticibus,
Vmbra necat teneras Amineas.
Quod tamen ex isto remanebit commate, tale est:
Arma virumque cano Troiae Qui primus ab oris
Multa quoque et bello passus Dum conderet urbem:
Inde toro pater Aeneas Sic orsus ab alto.

Carmen Ionicum a majore qui fiat.

Comma ad posterius versus si do pariambum,
Ipsum et rursus comma loco, ac sic expleo versum,
Fiet Ionicon hoc ἀπὸ μείζονος, ut modo cernes.
[u]Sit pariambus *ego* aut *modo* vel *puto*, quem dabimus [x]sic, 2428 P.

[t] *Phalisca*] *Falisca* Santenius. ibid. Dicit M. Victorinus III. p. 2578 hoc genus metri ab Anniano inscriptum esse Faliscum carmen: quo in loco Fabricii correctio jure Wernsdorfio erat suspecta. Inepte D. Augustinus Music. IV. p. 83. scribit: *Si Paliscus nescio qui metrum ita composuit, ut haec sonant: Quando flagella ligas, ita liga,* &c. Verosimile fit, hoc metrum ab Anniano frequenter usurpatum esse: et inde non a poëta, sed a poëtae gente nomen *Falisci* accepisse. Nec mihi liquet quare haec carmina grammatici *docta* vocarint. SANTEN.

[tt] *ab hoc*] Sic Br. *ad hoc* M.V. Pet. Mic. Mox *fructicibus* M.

[u] *si*] praestaret *sit* ait Santenius. Edidit Lachman.

[x] *sic* M.V. Pet. Mic. *sit* Br.

Qui primus ab oris, ego qui primus ab oris :
Dum conderet urbem, modo dum conderet urbem :
Sic orsus ab alto, puto sic orsus ab alto.
Iam porro tenes, quod tibi dico bis locandum,
Non verba eadem dicere, sed pedes eosdem.
Tres ergo pedes perspicis in commate primo :
Spondeon enim subsequitur pes pariambus,
Spondeos item clausula fit commatis huius.
Haec si repetens talia cola copulabis,
Spondeus erit tertius, idem quoque quartus.
Dum conderet urbem, dum conderet urbem :
Cernis pariter quattuor [y]absonare longas :
Has si veniens in medium pes pariambus
Discriminet, ipsas [z]liget ex se tamen ambas,
Non hic erit extrinsecus intersitus illis,
Sed qui medius iam sedet in commate primo.
Dum conDERET urbem, medius fit pariambus :
Fiatque necesse est iterum commate iuncto.
Ergo in medium rite datus cola ligabit :
Nanque efficit ut quae modo [a]sola dissidebant,
Alterna simul tempora dent bina quaternis.
Nunc redde mihi quod volo te tenere semper,
Longam in geminas saepe breves solere solvi.
Nam saepe cadit dactylus hic, saepe anapaestus,
Vt posterior syllaba vel prior soluta est.
Cedit quoque vel longa brevi, [b]brevisque longae :
Nam quae vicibus tempora commodant, resumunt,
Miscentque trochaeos sine fraude saepe plures :
Spondeon enim duo faciunt et pariambum,
Versoque dabunt ordine et hi duos trochaeos.
Nec tres modo, sed quinque etiam videbis esse.
Dabo versiculos quo tibi res magis probetur :
Vrbem tenuem fovent opum benignitate :
Hostem tegere est paratus, et stat ipse nudus :
Est unus Ion hic datus, et quinque trochaei :
Vel quattuor insunt, quoniam suprema semper

[y] *absonare* M.V. Pet. Mic. *adsonare* Br.
[z] *licet*] *liget* Lachman. v. 2031. SANTEN.
[a] *cola*] Sic Br. *sola* M.V.Pet.Mic.
[b] *brevisque*] Forte, *brevisve*.

Et longa [c] brevi sufficitur brevisque longae.
[d] Nil officiet temporibus vicissitudo:
Nec enim numero pendere metra syllabarum,
Sua sed pedibus tempora sufficit referre.
Sic tribrachus intervenit in locum trochaei:
Nam quo fuerint crebrius hi pedes minuti,
Vibrare sonum versiculos magis videmus.
[e] *Ἀπ' ἐλάσσονος* autem ratione qua regatur,
Cum de pedibus dissererem, satis probavi.

Ionicum a minore qui fiat.

Sed quale metrum continuet, nunc referemus. 2429 P.
[f] Dixi *Diomeden* pedis huius esse formam.
In carmine sic est: *Diomeden modo magnum*
Dea fecit dea belli dominatrix Phrygas omnis
Vt in armis superaret, patulis agmina campis
Iacuerunt data leto: pavidi tergaque dantes
Petierunt trepidae moenia Troiae.
Simili lege sonantes numeros et [g] Neobulae
Dedit uno modulatus lepide carmine Flaccus:
Miserarum est neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lavere aut ex-
animari metuentes patruae verbera linguae.
Ita binae variantur, neque cedunt
Repetita vice longae brevibus per [h] synaphian.
[i] Spondeus autem [k] metron hoc locatus ante
Permutat, et ex hoc facit *ἀπὸ μείζονος* edi:
Duntaxat ut ipsum referat clausula versus,
Idemque caput praeditus occupet sequentis,
(Metrum pedibus nanque tribus semipedem aptat)
Ita si capiti demptus erit subinde solus,
Quem fecimus ex hoc *ἀπὸ μείζονος* videri,
[l] *Ἀπ' ἐλάσσονος* illam revocabit synaphian,

[c] *brevi*] Sic Br. Pet. Mic. in Corr. *brevis* M. Mic.

[d] *Nil autem*] *autem* om. Pet. Mic. Dawes.

[e] *ἀπ' ἐλάσσονος*] *apelassonos* M.

[f] *Dixi*] v. 1512. *Diomedem* et mox *letho* M.

[g] *et Neobulae*] *ad Neobulen* Pet. Mic. *et neobulas* M. *et Neobolae* Br.

[h] *synaphian*] *synaphiam* Br. hic et infra 2079.

[i] *Spondeus autem*] *aütem διαιρετικῶς* Br. *at autem* Dawesius. *spondeus at unus* tentabat Santenius, *spondeus ut autem* Lachman.

[k] *metron* Br. *metrum* M.V.P. Pet.

[l] *apelassonos* M.

Binis brevibus quae totidem iugare longas
Ex ordine semper solet et tenere legem,
Non versus ut ullo numero pedum regatur,
Sed carminis orsum peragat debita finis.
Exemplar utrunque ex facili sumere possis:
Sic additur, *o quam miserarum est neque amori.*
Cum demitur autem, *miserarum est neque amori,*
Ex hoc iterum [m]demere si breves volemus,
'Απὸ *μείζονος* idem, modo qui fuit, redibit.
rarum est neque amori dare ludum neque dulci.
Spondeus erit terminus huius tibi versus,
Spondeus et alter caput [n]occupet sequentis.
[o]'Απ' *ἐλάσσονος* immobilis omnis synaphia est.

Tetrametrus versus ex heroico qui fiat.

Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur,
Vt sermo expletus partes non occupet ambas,
Tetrametrus remanet versus, [p]ceu subditus hic est:
Cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon.
Cantabunt mihi cum dempsi, pars caetera restat,
Damoetas et Lyctius Aegon.
Talis carminibus Flacci reperitur epodos:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi
Moenia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala Tempe.
Nanque pedes primos versu si reddo secundo,
Integer hexametrus stabit, nec fiet epodus:
Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
Si proficisceris *aut Ephesum, bimarisve Corinthi*
Moenia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Aspicies magis *insignes, aut Thessala Tempe:*
Sic etiam ex versu partem cum demo Maronis,
Nosces unde tibi tales [q]generentur epodi:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Damoetas et Lyctius Aegon.
At si quando pedes fini duo [r]deminuentur,

[m] *demere*] Sic Mic. Pet. *dare* M.V.P. *nos dare*; Br.
[n] *occupat*] Sic Br. *occupet* M. V.P. Mic. Pet.
[o] *apelassonos* M.
[p] *ceu*] *seu* Br.
[q] *geminentur*] *generentur* Lachman.
[r] *deminuentur*] *deminuerunt* V. *deminuetur* L.

Dum ne [s] discidium verbi quarto pede fiat,
Hic quoque tetrameter similis remanere videtur:
[t] Sed refert illo, versus quo portio prima est,
[u] Illa sequens, aliaque simul quod lege tenetur.
Nanque haec sola potest carmen componere plenum,
[v] Et subiecta aliis [x] dulces absolvit epodos,
Vt mox ostendam: prior apta videtur epodis,
Vt dixi modo, *Damoetas et Lyctius Aegon.*

Carmen bucolicum.

Pastorale [y] volet cum quis componere carmen,
Tetrametrum absolvat cui portio demitur ima,
Quae solido a verbo poterit connectere versum:
[z] Bucolicon siquidem talem voluere vocari.
Plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus.
Ne Graecum immittam versum, mutabo Latinum:
[a] *Dulce tibi pinus* [b] *summurmurat*, [c] *en tibi, pastor,*
Proxima fonticulis: et tu quoque dulcia pangis.
Iugiter hanc legem toto prope carmine [d] servat:
Noster rarus eo pastor Maro, [e] sed tamen inquit
Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?
Non, verum Aegonis, nuper mihi tradidit Aegon.
In tragicis iunxere choris hunc saepe diserti,
Annaeus Seneca, et Pomponius ante Secundus.

Tetrametrum ex bucolico.

Tale dedit nobis Pomponius:
Pendeat ex humeris dulcis chelys, 2431 P.
Et numeros edat varios, quibus
Adsonet omne virens [f] *late nemus,*
Et tortis errans qui [g] *flexibus.*
Reddo pedes binos, qui nunc desunt, tetrametro:

[s] *discidium*] *dissidium* Br. Pet.

[t] Corrigit Dawes.: *Sed differt illo, versus quod portio prima est, Ille sequens;* cui reponit Santenius, Terentianum *referre* pro *interesse, differre* usurpare tum hic, tum v. 165.

[u] *Ille*] Sic Br. *Illa* M.V. Pet.

[v] *Et subiecta*] *nec subiecta* conj. Santenius.

[x] *dulces*] *dulcis* M.V. Pet.

[y] *volet*] *velit* Meursius ad Theocr. I. 1.

[z] *Bucolicon*] *Bucolicum* Br.

[a] Theocritus I. 1. Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα | ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται· ἁδὺ δὲ καὶ τὺ | συρίσδες.

[b] *submurmurat*] *summurmurat* M. V. Pet. Mic.

[c] *en ubi* M.V. Mic. Pet. *en tibi* Br. *en ibi* Aldus.

[d] *servat*] *servant* var. lect. in C.

[e] *sed tamen*] *et tamen* M.V.L. Mutant Br. Mic. Pet.

[f] *late* male omissum ab Augustino de Mus. IV. p. 83. omittit etiam Aldus.

[g] *flexibus*] *udis* addit Augustinus.

Rursus de mutilo redit integer :
Pendeat ex humeris dulcis chelys apta choreis
Et numeros edat varios, quibus ecce propinquum
Adsonet omne virens late nemus, arvaque juxta,
Et tortis errans qui flexibus effugit amnis.

Aeolicum carmen Sapphicum pentametrum qui fiat.

Aeolicum ex isto genuit doctissima Sappho,
Quod sit quinque pedum, velut hos modo perspicis.
[h] Nam primum addidit illa disyllabon, ut libet :
Spondeum nec enim capiti locat omnium :
[i] Sed quia est mobilis hic locus, et chorion solet
Admiscere, dein quater addere dactylon :
Cordi quando fuisse sibi canit Atthida
Parvam, florea virginitas sua cum foret.
Ille tetrametro datur ante [k] disyllabus.
Caetera pars versus pedibus finita duobus
Tale solet colon subiungere, *primus ab oris.*
Continuasse pedes istos in carmine solos
Dicitur haec eadem praeclara poëtria Sappho.
Fingere nobis
Tale licebit :
Primus ab oris,
Troius heros,
Perdita flammis
Pergama linquens,
Exul in altum
Vela resolvit.
Saepe repulsus
Ausone terra
Moenia fessis
Sera locavit :
Vnde Latinum
Post genus ortum,
Altaque magnae
Moenia Romae.
Pluribus idcirco, parvis ut notius esset
Versiculis carmen condi potuisse, peractum.

[h] *Nam primum addidit* M. P. Mic. Pet. *Nam addit primum* Br.

[i] *Sed quia*] Sic Br. Pet. Mic. *Sed quia est* M.V.

[k] *disyllabus*] *bisyllabus* Br.

Caetera tetrametris reddemus, quando duobus
Conserta heroo pariterque loquemur iambo.

De carmine iambico.

Nunc [l]seorsa iambi, si qua possum, colligam. 2432 P.
[m]Adesto, iambe praepes, et tui tenax
[n]Vigoris adde concitum celer pedem,
Nec alterius indigens opis veni,
Sed ipse verus integerque [o]sexiens,
[p]Adusta felle qualis ante carmina
Dabas amarus, [q]ultor impotens tui.
Vides ut icta verba raptet impetus,
Brevemque crebra consequendo longula
Citum subinde volvat [r]artius sonum:
Iambus ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen inditum est senario:
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur.
Scandendo binos quod pedes coniungimus,
Quae causa cogat non morabor edere.
Nam mox poëtae, ne nimis [s]secans brevis
Lex haec iambi verba pauca admitteret,
Dum parva longam semper alterno gradu
Vrget, nec aptis exprimi verbis sinit
Sensus, aperte dissidente regula,
Spondeon, et quos iste pes ex se creat,
Admiscuerunt, impari tamen loco,
Pedemque primum, tertium, quintum quoque
Iuvere [t]paulum syllabis maioribus.
At qui cothurnis regios actus levant,

[l] *seorsa iambi*] *orta iambo* H. *orsa iambis* Lachman. qui v. 2179. conj. *tetrametri.*

[m] *Adesto—tui*] Hos sex versus tanquam incerti auctoris epigramma citat Pithoeus in Epigram. et Poëm. Par. 1590. p. 151. Inde leguntur in Anthol. Vet. Lat. Burmanni II. 237. T. I. p. 420.

[n] *vigoris*] *tenoris* Pithoeus.

[o] *gestiens*] Sic primus, ut videtur, Aldus e conjectura. *exiens* M. V. L. *integerque sexiens* Lachman. i. e. ex sex puris iambis constans.

[p] *Adusta*] *adulta* Pithoeus.

[q] *impotens ultor*] Sic M. V. Mic. Pet. *ultor impotens* Aldus, Br. *ultor impetus tui* Pithoeus.

[r] *artius*] Sic M. V. *arctius* alii.

[s] *secans* Br. et sic Statius ad Horat. A. P. p. 50 b. teste Santenio. *secet* M. P. V. Pet. Mic. *cesset* Ald. *secent* var. lect. Com. Micyllus in Corrigendis: "Non "dubito vicium esse in verbo *se-* "*cent*, tametsi Aldus eandem lec- "tionem teneat." *secum* Lachman.

[t] *paulum* M. V. Pet. Mic. *paullo* Ald. *paulo* Br.

Vt sermo pompae regiae capax foret,
Magis magisque latioribus sonis
Pedes frequentant, lege servata tamen,
Dum pes secundus, quartus, et novissimus,
Semper dicatus uni iambo serviat:
Nam nullus alius ponitur, tantum solet
Temporibus aequus non repelli tribrachys.
Quid? non trochaeus temporum est aeque trium?
Est: sed trochaeo longa [u]prior est syllaba,
Brevis autem iambo, longa post, cui non potest
Longam trochaeus subdere et brevem [x]suam,
Brevi [y]sequentis [z]quia fit hoc ionicum:
[a]Et cur iambo nunc trochaeus serviat?
Qui metron ipse copulat trochaeicum,
Praebetque nomen, ut loquemur postmodum,
Habetque et ipse [b]subditivum tribrachyn,
Qui iure utrique servit et [c]subiunctus est,
[d]E quis creatur, quos creare non potest?
Nam non ita, [e]est ut longa dissolubilis,
Breves vicissim contrahi in longam valent:
Quia solida findi magnitudo non vetat, 2433 P.
Divisa iungi rursum in unum non queunt.
Culpatur autem versus in tragoediis,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
[f]Vt ille contra, qui secundo et talibus
Spondeon aut quem comparem receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quae loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant [g]iambum tractibus [h]spondaicis

[u] *prior est*] *est* addidit Dawesius. Supra *repellit* M.

[x] *suam*] *suas* Dawes. v. inf. 2286.

[y] *sequentis*] *sequente* Dawes.

[z] *qua*] *quia* Micylli margo, Dawes. Mox *iambicum* Br.

[a] *Et cur iambo nunc* Pet. Mic. *Et cur iambo nun* M.V. *En cur iambo non* Briss.

[b] *subditivum* M.V. Pet. Mic. *subdititium* Br.

[c] *subiunctus*] *subiectus* dubitanter Santenius.

[d] *E quis creatur quos* Pet. *Ec quis creatur quos* M.V. Mic. "*Ec quis pro Ex quis*" Micylli margo. unde Commelinus in var. lectt. "ut *Ec* loco *ex* positum sit ἀρχαϊκῶς." *Ec quis creatur, qui* Br.

[e] *est ut* Mic. Pet. Plerique *ut est*.

[f] *Ut*] *Et* Aldus. *At* malit Santenius.

[g] *iambum*] *iambon* Br.

[h] *spondaicis*] Ita omnes. *Spondiacis* Wasius in Senario p. 5. Adde Vossium Prosod. p. 153. et sic Rufini ms. Leid.

Et in secundo et caeteris aeque locis,
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia,
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque rursus a solutis differant.
[i]Magis ista nostri: nam fere Graecis tenax
Cura est iambi vel novellis comicis
Vel qui in vetusta praecluent comoedia.
Aristophanis ingens [k]micat sollertia,
Qui saepe metris multiformibus novis
Archilochon arte est aemulatus musica.
Sed [l]paulum abimus longius: nunc [m]hanc magis,
Heroicus quare pedes per singulos,
At iste binos scanditur, causam loquar.
Spondeon etenim quia recepit impari
Tantum loco, vel dactylum, aut contrarium,
Secundo iambum nos necesse est reddere,
Qui sedis hujus iura semper obtinet,
Scandendo et illic ponere adsuetam moram,
Quam pollicis sonore vel plausu pedis
Discriminare, qui docent artem, solent.
Si primus ergo pes eam sumet moram,
Vbi iam [n]receptum est subdere heroos pedes,
Versum videbor non tenere iambicum:
Sed quia secundo nunquam iambus pellitur,
Moram necesse est in secundo reddere,
Et caeteris qui sunt secundo compares:
Vbi non timebo nequis herous cadat.
Sic fit trimetrus qui fuit senarius.
Nunc ipsa metra, quae [o]redegi, prosequar.
Iugi trimetro Flaccus usus est semel,
Vt non epodum subderet, vel demeret,
Aut adderet, quo legem iambi [p]verteret:
Sed simplici carmen per omne evectus est,

[i] *magis*] *mage* Rufinus de Met. Com. p. 2711.
[k] *micat*] *emicat* Rufinus.
[l] *paulum*] Sic M.V. Pet. Mic. *paulo* Br.
[m] *hanc*] *hoc* Br.
[n] *receptum*] *praeceptum* M.V.L. Pet. Mic. *receptum* Br.
[o] *redegi*] *redigi* M.
[p] *verteret—evectus*] *everteret—vectus* H.

Quod esse notum versibus primis potest:
Iam iam efficaci do manus scientiae,
Supplex et oro regna per Proserpinae:
Vnumque carmen lege tali [q]pertulit.

Quadratus iambicus qui fiat.

Sed hic trimetrus quando duplicem pedem 2434 P.
A capite sumet, tunc quadratus dicitur,
Idemque dictus est et octonarius.
[r]Ante ergo versum collocabo iambicum:
Phaselus iste quem videtis hospites:
Quadratus iste talis effici potest,
Adest celer phaselus ille quem videtis hospites.

Trochaicus catalecticus qui fiat.

[s]Si dempta prima syllaba adiecto pedi est,
Quem de duobus esse iambis perspicis,
Quod hinc remansit Creticum reddit pedem:
Est celer phaselus ille quem videtis hospites.
Quia prima cum sit dempta iambo duplici,
Longam relinqui convenit, post alterum
Manere iambum, qui brevem et longam suas
Iungens priori perficit dictum pedem.
Sic Creticum si quis velit [t]diiungere,
Fiet trochaeus, longa et una syllaba.
Praecedet ergo quando Cres iambicum,
Habet trochaeum, longam et unam, quae sibi
Primam ex iambo dum sequenti copulat
Brevem, trochaeos esse iam duos vides
Et longam iambi: sic trochaei caeteri
Fient subinde, longa dum brevem sibi
[u]Trahit ex iambo, longa et alia linquitur,
Quae sibi vicissim copulans iungat brevem,
Volvendo totum [x]cogat ordinem pedum,
Donec trochaeis restet una in extimo,
Catalexis in quam fiet, ut iam diximus.
Nam Cretici tres syllabae primo loco,
Bis sex iambi, quindecim fiunt simul.

[q] *pertulit*] *protulit* Pet.

[r] *Ergo ante*] Sic Br. *Ante ergo* M.V. Pet. Mic. ultimam vocis *ergo* corripere solet Terentianus.

[s] *Si dempta*] *Si qui dempta* M.V. Mic. *qui* delet Mic. marg.

[t] *disiungere*] *diiungere* M.V. Pet. Mic. L.

[u] *Trahit*] Sic Br. Pet. Mic. *Traxit* M.V.P.L.

[x] *cogat*] *coget* Lachman.

Sic numerus impar post trochaeos [y]septiens
Habeat necesse est extimam superstitem.
Sed quia trochaeos tanquam iambos scandimus,
Vt sit trimetrum, tres erunt bini pedes:
Finem tenebit dactylus vel Creticus,
[z]Quia duplici trisyllabus minor pede est.
Trochaeicum autem permanebit liberum,
Dum erit trimetrus ex iambis omnibus.
Est celer phaselus ille quem videtis, hospites.
Spondeos autem si [a]sequetur Creticum,
Habere primum quem potest iambicus,
(Nam primus ipse est separato Cretico,)
Vel tertio locetur aut quinto pede,
Seriem trochaei iam labare perspicis:
[b]Quia post trochaeum longa superans Cretici,
[c]Dum ex sequenti copulat longam sibi, 2435 P.
Vetat trochaeos ire iunctos ordine.
Sed quia recepit lex iambi dactylum,
Spondeon, aut qui dactylo est contrarius,
Vt iam tenemus, impari tamen loco,
Nunc, versu iambi qui pedum primus fuit,
Erit secundus ante eunte Cretico,
Ex quo trochaeus [d]tertium quia separat,
[e]Ac de sequenti copulat longam alteram,
Spondeon esse [f]post trochaeum propalam est,
Qui sic [g]secundus pes trochaicis datur,
Iambicis ut impari solet loco.
Nec culpa metri est, si vel hoc vel talibus
Pes inseratur temporum est qui quattuor:
[h]Dum primus ipse, qui trochaicum facit,
Et tertio locetur et quinto pede.

[y] *septies*] Sic Br. Alii *septiens.*

[z] *Quia duplici*] Hunc v. delevit Brissaeus.

[a] *sequetur*] *sequatur* Santenius propter sequens *locetur* v. 2315.

[b] *Quia*] Sic Pet. Mic. Br. *Quid* M. *Qui* V.

[c] *Dum ex*] *Dum de* Mic. marg. Pet. vid. infra 2326. *dum ex insequenti* Lachman.

[d] *tertium*] *tertiam* Lachman.

[e] *Hic de*] Sic Br. *Ac de* Pet. Mic. marg. Sant. *Haec de* M.V. Mic. L. Lachman.

[f] *post*] *potest* M.

[g] *secundus*] *pes* addunt Pet. Mic. *secundus in* H. *secundus et* Lachman.

[h] *Dum prius ipse*] *Prior ipse dum sit* Mic. Pet. Santen. *Dum primus ipse* H. et sic Lachman.

Nam pes uterque, [i]quia sibi est contrarius,
Gaudet locorum dispari custodia.
Trochaeus ergo semper impari loco
Parique iambus rite collocabitur:
Nihil nocebit, quisque curret caeteris,
Vt quodque [k]metrum lege [l]condetur sua.
Ergo qui versus paratur integer trochaicus,
Cretico fiet remoto [m]rectus idem iambicus.
Porro SI TAlis locETUR, qualis HIC NOSter modo est,
Ter tibI [n]SPondeon HIC SEMper secVNDVM suggeret:
Cretico dabit remoto [o]ter tibi hunc, sed imparem,
TALIS loceTVR QVAlis hic NOSTER modo est,
Simulque iambos nunc suis reddet locis,
Quos in trochaeos retro vertit Creticus.
Verum a magistris versus iste dicitur
Acephalus, idem qui trochaicus quoque:
Archilochus auctor traditur talis metri.
Sed iam pedum cum regulam distinguerem,
Longam resolvi per duas dixi breves,
Ipsumque posse quinque totas Creticum
Breves habere, quando longas solveris.
Est ergo et ille versus integer [p]meus,
Quo quinque feci syllabarum Creticum:
Is erit anapaestus, quinque, post spondeus est.
Exempla ponam, quae locasse Caesium
Libro notavi, quem dedit metris super.
Beatus ille qui procul negotiis.
Est Creticus pes *Socrates,* et versus hic,
SOCRATES beatus ille qui procul negotiis:
Hinc solvo primam, tale fit, nec pes labat.
DIOgenes beatus ille qui procul negotiis.
Cum tertiam, ne tum quidem quicquam perit,
DemoPHILE, beatus ille qui procul negotiis. 2436 P.
Vtrasque quando [q]solveris, nil laeditur,
QVOD Agis, AGE, beatus ille qui procul negotiis.

[i] *quia*] *qui* V.
[k] *metron*] Sic Br. *metrum* V. Pet. Mic.
[l] *condatur*] Sic Br. *condetur* M. V. Pet. Mic.
[m] *rectius*] *rectus* Pet. Mic.
[n] *spondeon* Pet. Mic. *spondeum* Br. Tum *hicce per s.* H.
[o] *iam tibi*] Sic Br. *ter tibi* M.V. Pet. Mic.
[p] *meus*] v. supra 1403.
[q] *solverit* M. Mic. Pet.

Auctore tanto credo me tutum fore,
[q]Et pro trochaeo nemo culpet tribrachyn.
Archilochus autem Creticum sicut dedit,

Iambicus Hipponactius claudicans qui fiat.

[r]Aeque trimetro iunxit Hipponax pedem
Novissimum trisyllabum, ex prima brevi,
Longis duabus: [s]antibaccho nomen est.
Exemplar eius tale [t]possis fingere:
Phaselus ille, quem videtis, hospites, SABINVS:
Quadratus ut sit, parte ab ima claudicat:
Erit quadratus reddita novissima,
Phaselus ille quem videtis hospites SABINVS EST.
Phaselus [u]ergo *quem videtis, hospites, Sabinus,*
Aeque est et ipse syllabarum quindecim,
Vt ille, prima parte qui mulctatus est:
Sed iambicus manebit, unde et natus est:
[x]Illic enim, quia prima pars ex Cretico
Gignit trochaeum, transit in trochaicum:
Hic ex iambis natus ad finem quoque
Manebit idem. Veniat externus licet
Pes antibacchus, non erit dispar tamen:
Nanque est iambus tertiam longam trahens.
Sic ergo versus ex iambis prosatus
Suis iambis iungit inde septimum,
Et hunc [y]et illum terminabit semipes:
Vel [z]quia est trimetrus, antibaccho desinet.
[a]Frequens in usu est tale [b]metrum comicis vetustis,
Atella vel quis fabulis actus dedit petulcos,
Quia fine molli, labile, atque deserens vigorem,

[q] *Et pro iambo*] *Aeque pro iambo* Pet. Mic. marg. *et pro trochaeo* Dawesius, quem sequitur Lachman.

[r] *Aeque*] *Aeque et* Br.

[s] *antibacchio*] *antibaccho* Pet. *antibacchus* H.

[t] *possis*] *possit* M.V. Mic. L.

[u] *ergo*] *ille* Pet. Mic.

[x] *Ille enim*] *Illic enim* M.V. Pet. Mic. *ille attamen* H.

[y] *et illum*] *ut illum* Lachman.

[z] *quia est*] *est* om. Pet. L. *si* Mic. marg. Idem in corrigendis, "Deleto eo, quod in margine annotatum est, lege, *vel quia trimetrus est antibaccho desinet.*"

[a] *Frequens*] Marius Victorinus p. 172. ed. Oxon. *Frequens hoc comicis metrum et praecipue antiquae comoediae scriptoribus, nostri quoque Plautus et Caecilius et Turpilius non aspernati sunt, Atellanarum autem scriptores appetiverunt; est enim iocosis motibus emollitum gestibusque agentium satis accommodatum.* Vide Munk. *De fabulis Atellanis* Lips. 1840. p. 7.

[b] *metrum* M.V. Pet. *metron* Br.

Sonum ministrat congruentem motibus iocosis.

Alius iambicus Hipponacteus claudicans.

Claudum trimetrum fecit aliter Hipponax,
Ad hunc modum quo claudicant et hi versus:
Idcirco Graece nuncupatus est σκάζων.
Hic non iambum reddidit pedem sextum,
Paenultimam sed pro brevi trahit longam,
Novitate ductus, non ut inscius legis.
Sed, quia iugatos scandimus pedes istos,
[c]Paeona fieri perspicis pedem in fine:
Epitritos nam primus implet hanc partem,
Brevis locata cum sit ante tres longas.
[d]Quare cavendum est ne licentia sueta
Spondeon aut qui procreantur ex illo 2437 P.
Dari putemus posse nunc loco quinto:
Ne deprehensae quattuor simul longae
Parum sonoro fine destruant versum:
(Nam dactylum paremve quid tibi dicam?)
Cum tantum iambus hoc loco probe poni
Aliusque nullus rite possit admitti.
Hoc [e]mimiambos Mattius dedit [f]metro:
[ff]Nam vatem [g]eundem est Attico thymo tinctum
Pari [h]lepore consecutus et metro.

Iambicus trimetrus acephalus qui fiat.

Sed et trimetrus, ut quadratus, hic potest
Acephalos esse, prima quando demitur,
Fierique primus pes et istic Creticus.
Nam sicut ille redditur trochaicus,
Sic versus ante qui videtur integer,
Adest celer phaselus ille quem vides,
Cum demo primam, quod relinquo tale fit,
Est celer phaselus ille quem vides:

[c] *Paeona &c.*] Supra dixit v. 1546. *Epitritus aeque genus est paeonicorum Totidem pedibus quia varius, tempore differt.* *Paeonia* Pet.

[d] *Quare*] *Qua* Br.

[e] *mimiiambos* M.V. Pet. Mic.

[f] *metro*] Sic Br. *metron* M. Pet. Mic. L. Santen.

[ff] Intelligit, inquam, Herodotum, cujus scazontas adducit Stobaeus. Sed apud eum perperam ἡμιάμβους legitur pro μιμιάμβους. Hic est ille qui apud Athenaeum dicitur λογόμιμος. Mattius vero saepe in mimiambis adducitur a Gellio [v. Noct. Att. XX. 9.] SCALIGER ad Varron. p. 70.

[g] *eundem est*] *eundem iste* Lachman.

[h] *lepore*] Sic Br. Pet. Mic. *lepore est* M.V.L.

Acephalus ergo, sed trimetrus, factus est.
Archilochus idem est usus et tali metro.

Iambicus trimetrus claudicans qui fiat.

Vicissim [i]et ille qui quadratus claudicat,
Et in trimetro claudicare sic potest:
Phaselus ille quem vides Sabinus est:
Phaselus ille quem vides Sabinus.
Similem locavit Flaccus [k]uno in carmine:
Sed quia videtur alius ante praeditus,
[l]Vt versus hic epodus illius foret,
Ratione quem iam competenti distuli,
Simul hos loquemur, quando devinctis metris
Et hinc et inde veniet aptior locus.

Iambicus dimeter qui fiat.

Necnon dimetrus ex trimetro redditur
Quacunque partem tertiam si detrahas:
Stabitque versus octo tantum syllabis,
Nisi quando sumet dactylum aut contrarium,
[m]Locove iambi qui probatur tribrachys:
Talisque versus hic erit,
Phaselus ille quem vides.
Plerunque nec carmen modo,
Sed et volumen explicat:
[n]Vt pridem Avitus Alphius
Libros poëta plusculos
Vsus dimetro perpeti
[o]Conscribit Excellentium.
Tales trimetris subdidit Flaccus suis,
Vt carmina ostendunt decem. 2438 P.
Ibis Liburnis inter alta navium
Amice propugnacula.
Archilochus isto saevit iratus metro
Contra [p]Lycambam et filias.

[i] *et ille*] forte *ut ille*. SANTEN.
[k] *uno* om. Br.
[l] *Ut versus*] Sic Mic. Pet. *versus ut* M.V. Br. L.
[m] *Loco vel*] *Locove* Mic. Pet.
[n] *Avitus Alphius*] Hujus meminit, versusque adducit hoc metro conscriptos Priscian. p. 823. it. 947. it. 1136. "De Avito Alphio "ejusque libris Rerum Excellen-"tium diligenter egit Wernsdorfius "Poët. Lat. Min. T. III. præf. p. "xxxi. et T. IV. p. 826." SANTEN.
[o] *Conscripsit*] Sic Briss. *Conscribit* M.V.L. Pet. Mic. "forte "pro *cum scribit*" inquit Commelinus.
[p] *Lycamben*] *Lycambem* Mic. *Lycambam* Pet.

Iambicus dimetrus acephalus qui fiat.

Et hic dimetrus non minus
Vt ille acephalus esse vel claudus potest:
Adest celer phaselus est.
Cum prima dempta est, redditur
Est celer phaselus est:

Iambicus dimetrus claudus qui fiat.

At cum suprema claudicat,
Adest celer phaselus.
Flaccus priorem sic dedit,
[q]Esset ut versus prior
Est celer phaselus est,
Post hunc veniret talis hic epodus,
Phaselus ille quem vides Sabinus.
Sunt tales hoc uno in carmine,
[r]Ad usque finem permanent compares epodi.
Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Non ebur pes Creticus,
Longa nam fit tertia
Consonante ex altera.
Neque aureum prima ex trimetro portio est.
Mea renidet in domo dimetrus est:
[s]Quod ut *Sabinus* claudicat *lacunar.*
Pedem hinc iambum duplicem
Mea reni si dempseris, relinquitur
det in domo lacunar:
Adest celer phaselus.
Et condere inde carmen
Multi solent poëetae:
Horatium videmus
Versus tenoris hujus
Nusquam locasse iuges:

[q] *Esset*] *Esse* M.V.L.

[r] *Ad usque finem permanent*] *permanent* om. Mic. Pet. Micylli margo: "In veteri exemplo legebatur, *Ad usque finem permanent compares epodi.*" Si refingas, *Sunt in uno hoc carmine Ad usque finem compares epodi,* metrum vicinorum et odae Horatianae II.18. quam laudat, simile habebis. SANTEN. Fortasse: *sunt tales hoc uno in carmine compares epodi, ad usque finem permanente metro.* LACHMAN. *Sunt atque tales hoc in uno carmine Ad usque finem permanentque compares.* H.

[s] *Quod*] *et* Brissaeus.

At Arbiter disertus
Libris suis frequentat.
Agnoscere haec potestis
Cantare quae solemus,
Memphitides puellae
Sacris deum paratae.
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

De Saturnio carmine.

Aptum videtur esse 2439 P.
Nunc hoc loco monere
Quae sit figura versus,
Quem credidit vetustas,
Tanquam Italis repertum,
[t] Saturnium vocandum.
Sed est origo Graeca,
Illique metron istud
[u] Certo modo dederunt:
Nostrique mox poëtae
Rudem sonum secuti,
Vt [x] quemque res ferebat,
Sic disparis figurae
Versus vagos locabant:
Post rectius probatum est,
Vt tale colon esset
Iunctum tribus trochaeis:
[y] Vt si vocet Camoenas quis novem sorores,
Et Naevio poëtae sic ferunt Metellos,
Cum saepe laederentur, esse comminatos,
[z] *Dabunt malum Metelli Naevio poëtae.*
Dabunt malum Metelli clauda pars [a] dimetri:

[t] *Saturnium*] Vide libellum *De Versu quem vocant Saturnio* Dunsteri et Lerschii Bonnae 1838. 8º. p. 11.

[u] *certo modo*] i. e. *peculiari quodam modo.* SANTEN.

[x] *quemque*] Sic M.V. Pet. Mic. *quaeque* Br. et al.

[y] *Ut si vocet Camoenas*] Naevius apud Atilium Fortunatianum p. 2680. *Novem Jovis concordes filiae sorores.*

[z] *Dabunt malum Metelli*] Asconius ad Ciceron. Verr. Act. I. c. 10, 29. *Antiquum Naevii est,* Fato Metelli Romae fiunt consules. *Cui tunc Metellus consul iratus responderat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur,* Dabunt malum Metelli Naevio poëtae.

[a] *dimetri*] Sic Pet. Mic. Com. *trimetri* M. V. Br. L. vs. 2519 om. Mic.

Dabunt malum Metelli,
Adest celer phaselus,
Memphitides puellae,
Tinctus colore noctis.
Post *Naevio poëtae* tres vides trochaeos:
Nam [b]nil obest trochaeo longa quod suprema est.
[c]Et choriambus unus
Praeditus antibaccho
Claudicat, ut priores.
Videro si novelli
Versus erit poëtae:
Lex tamen una metri est.
Tinctus colore noctis.
Dabunt malum Metelli.
Inachiae puellae
Seu bovis ille custos.
Colon et hoc in usu
Carminis est Horati.
Tu genus hoc memento
Reddere, cum reposcam.

De confusione seu mistura heroici et iambici in aliis generibus.

Nunc, quia quae potui videor tractasse seorsa
Heroico profecta, quaeque iambico,
Caetera quae mistis variantur partibus horum,
Vt quibo, metro nitar hinc attingere.
Sed quoniam ex uno possunt adiuncta referri,
Amplectar ultro quod datur compendium.

De versu Phalaecio hendecasyllabo.

Quem nos hendecasyllabon solemus
Tanquam de numero vocare versum,
Tradunt Sapphicon esse nuncupandum:
Nanque et iugiter usa saepe Sappho,
Dispersosque dedit subinde plures
Inter carmina disparis figurae.
Sed primi pedis ante lex tenenda est:
Spondeon siquidem videmus istic
Tanquam legitimum solere poni,

[b] *nil obest*] Ita M. Pet. Mic. *nihil obstet* L. *nil obstet* V. *nihil obstat* Br.

[c] *At*] Sic Br. *Et* M. Pet. Mic. Commelin. in varr. lectt.

Post hunc dactylon, atque tres trochaeos,
[d]Qui nomen quoque [e]phallico dederunt.
Verum mobilis hic locus frequenter
Non solum recipit pedem, ut loquebar,
Spondeum, sed et aptus est trochaeo,
Nec peccat pede natus ex iambo.
Exemplis tribus hoc statim probabis,
Docti carmine quae legis Catulli,
Cui dono lepidum novum libellum,
Arido modo pumice expolitum?
Meas esse aliquid putare nugas.
Quos dixi modo iam pedes videmus
Diversos capiti trium [f]locatos:
[g] Spondeon *cui do,* trochaeon *ari,*
Meas quis neget hunc iambon esse?
Hic per commata septies feritur,
Quales hexametron tomas habere
Iamdudum tibi disserens probavi:
Ex quis nunc duo metra copulari
In unum solidum videbis [h]ortum,
Cum componitur ex utroque metro.

De prima tome hendecasyllabi, ex dactyl. et iamb. penth.

Pars heroica [i]tum prior duobus
Spondeo pede dactyloque constat,
Et quem semipedem est necesse linqui, ut
Sit [k]penthemimeris tome locata:
Exin caetera portio est iambi.
Quod non difficile est statim notare,
Cum talis fuerit figura versus:
Carmen Pierides struunt sorores.
Haec exordia versuum duorum,
Carmen Pierides, quod hexametri est,

[d] *Cui*] Sic Br. Lachm. cum Ald. *Qui* M.V.L. Mic. Pet. "Pro *cui* "ut alias quoque" Micylli margo. Rectius Santenius, "intelligit auc-"tor tres trochaeos, quos ithy-"phallico metro nomen dedisse "docuit v. 1847, quo respicit v. "2594 et 2939."

[e] *Phallico*] Sic Pet. *Phaleco* vel *Phalaeco* edd. plures. *Phalico* Aldus.

[f] *locatos*] *locato* Aldus.

[g] *Spondeum—trochaeum*] *Spondeon—trochaeon* M.V. Pet. Mic.

[h] *ortum*] Schraderus *orbem,* Lachmannus, *videbis, ortu cum componitur.*

[i] *tum*] *cum* Lachman.

[k] *penthemimeris*] *penthemimeres* Com. *pentimemeris tomae* Br. *pentameris* Lachman.

Atque iambicon hoc, *struunt sorores.* 2441 P.
Compleri poterunt utroque metro,
Carmen Pierides pangunt memorabile Musae,
Struunt sorores Atticae dirum nefas.
Haec divisio prima computetur.

De secunda tome hendecasyllabi. Ex dactyl. syzyg. trochaic. ithyphallic.

[l]At quæ nunc pedibus duobus orta
Sermonem cohibet, nec exit ultra,
Sicut semipedem prior trahebat,
Coniungit sibi [m]phallicos trochaeos,
Vt dixi modo, *Bacche, Bacche, Bacche:*
Tum versum videas sonare talem,
Pangunt carmina iam novem sorores.
Nam si quattuor his pedes duobus
Addas, hexameter profecto fiet:
Pangunt carmina tergeminae memoranda sorores.
Post hoc phallica de tribus trochaeis
Pars est caetera, *iam novem sorores.*

De tertia tome hendecasyllabi. Ex choriamb. dim. antibacch.

Exin tertia [n]latius patescit:
Carmen Pierides dabunt sorores.
Nam cum dempsero versui *sorores,*
Carmen Pierides dabunt, manebit.
Carmen Pierides dabunt,
Hoc metrum Choriambicum est,
Quod pars Bacchiacum vocant.
Hinc primas capiti duas,
Nec non [o]et totidem ultimas,
[p]Excrementa magis putant,
Nec ducunt numero pedum.

[l] *At quae* M.V. Pet. Mic. *atque* Br. aliique.

[m] *Phalaecos*] *Phallicos* legendum videtur. Nam et ipsum metrum quod tribus trochaeis constat *Ithyphallicum* Servius vocat. Quo, ut arbitror, *ἰθύφαλλοι* et *φαλλοφόροι* in Dionysiis saltantes utebantur. Certe ut *phalecos* legas, quantitas repugnat. Itaque et supra, pro *Qui nomen quoque phaleco dedederunt*, dubito an sit legendum *Quis nomen quoque phallicis dederunt,* aut simile quippiam. Quanquam priorem lectionem etiam Aldus secutus est. MICYLL.

[n] *melius*] *mollius* Barthius, *planius* vel *clarius* Dawesius. *Etenim tertia nunc tome patescit* conj. Santenius, *latius* Lachmannus, citato Mario Victorino p. 2597. *Tertia autem divisio latius patet.* Vid. infra 2640.

[o] *et totidem*] Sic Mic. Pet. C. *et* om. M.V. *totque itidem* Br.

[p] *Excrementa*] *Incrementa* conj. Santenius.

Sunt haec, *carmen,* [q]item *dabunt,*
Solum *Pierides* manet,
Quod reddit geminum pedem,
[r]Dicunt quem choriambicon:
Quia longam sequitur brevis,
Claudit longa brevem alteram:
Nam *des* longa fit, altera
Iuncta post sibi consona.
Sic ponunt medium pedem
Primas inter et ultimas,
Carmen PIERIDES dabunt.
Pars prima hic varie solet
Spondeum modo sumere:
Idem saepe et iambus est:
Hoc de Septimii potes
Iunctis noscere versibus:
[s]*GERITque intus in oppidum*
ANHELos [t]*Panopae greges.*
Alter consimiles dedit. 2442 P.
[u]*OPIma adposui senex*
AMOri arma [x]*feretrio.*
Trochaeum quoque sic locat:
PVRPVrae leguli senes,
INTVS hic ubi consitum est.
Vtque est mobilis hic locus,
Immotus manet ultimus:
Nanque hic semper iambus est.
Tendunt latius hoc genus,
Duos ut choriambicos
Includant medios pedes:
Et sit versus ad hunc modum,
Carmen PIERIDES DVLCISONVM dabunt:

[q] *item*] Sic M.V. Pet. Mic. *itidem* Br.
[r] *dicunt quem*] *dicuntq;* M.
[s] *Geritque*] *Agitque* conj. Schraderus. Vide Wernsdorf. Poët. Lat. Min. T. II. p. 284.
[t] *Panope*] *Panopae* M.V. quod unice probandum docet Lennepius: est enim sermo de homine pisces in oppidum gerente, quos poeta dixit *greges Panopae* marinae Nymphae.
[u] *Opima*] *Optima* Br.
[x] *feretrio*] *Pheretrio* M.V. Pet. Mic.

Duplex hic choriambus est,
[y]Primus *Pierides, dulcisonum* sequens:
Sic *carmen* prius est, finis item *dabunt,*
Vt [z]pes haec habuit prior.
Sunt qui tradiderint, ultima versui
Tanquam pentametro syllaba dempta sit:
Quam si restituas, pentametrum fore
Carmen Pierides dulcisonum dabunt,
Carmen Pierides dulcisonum dabitis,
Vt versus quoque sic constet Horatii,
Maecenas atavis edite regibus,
Maecenas atavis edite [a]remigibus.
[b]Vsque autem videas hoc procul a fide,
Vt metri genus hoc vatibus inclytis
Non uno aut gemino constiterit pede,
Verum in tres etiam consimiles eat
Clausos in medio partibus exteris,
Quod iam pentametri non patitur modus.
Nam sic tres videas esse pedes datos,
Carmen Pierides dulcisonum, *si mereor*, *dabunt.*
His est omnibus in suis
Libris usus Horatius:
Quo, dicam, et quotiens modo.
Nam primum minime suo
Solum carmine protulit,
Vt vates alii solent,
Exemplum [c]et Senecae dabo:
[d] *Thebis laeta dies adest.*
Aram tangite supplices:
Pingues caedite victimas:
Tales continuos legis.

[y] *Primus Pierides dulcisonum dabunt*] Ita M.V. *Primus Pierides dabunt, Alter dulcisonum dabunt* Mic. Pet. *Primus Pierides dulcisonum sequens* Br.

[z] *pes*] Lego *pars.* vide v. 2624. SANTEN.

[a] *remigibus*] Brissaeus *principibus,* indignum, puto, ratus dicere Mecaenatem remigibus editum. Sed et apud hunc Nostrum et apud Victorinum multa proponuntur παραδειγματικῶς, ubi ne sententiae quidem verborum ulla ratio habetur. COMMELIN.

[b] *Vsque*] i. e. *usque adeo,* ut puto, veluti v. 2788. SANTEN.

[c] *et Senecae*] Brissaeus delevit *et.*

[d] *Thebis*] Senecae Herc. F. 875.

Hunc praeponit Horatius,
Epodum ex geminis [n]subiicit alterum:
Exemplum sat erit semel
Nos hoc ponere: caeterum 2443 P.
[o]Bis sex carminibus suis,
Hunc servat stabilem modum,
Sic te diva potens Cypri,
Sic fratres Helenae, lucida sidera.
Sic te DIVA POTENS Cypri:
Hic unus choriambus est:
Sic fraTRES HELENAE LUCIDA SIdera:
Hic interpositi duo.
Talem quem geminis perspicis effici,
Servat carminibus perpetuum tribus:
Quorum exordia cum praedita videris,
Stabit continuum consimili modo,
Maecenas atavis edite regibus.
Exegi monumentum aere perennius.
Donarem pateras grataque commodus.
Nec non continuos tres pariles dedit
Versus, et cecinit post alium brevem
Ex uno simili pede:
Vsusque est genere hoc carminibus novem,
Quae sunt talia, quale est modo quod dabo.
Scriberis Vario fortis, et hostium
Victor Maeonii carminis alite,
Quam rem cunque ferox navibus aut equis
Miles te duce gesserit.
Tres binis pedibus cernimus editos:
Vnum quartus habet pedem.
Hanc docti tetracolon vocitant strophen:
Nam post quattuor hos altera vertitur
Ad legem similem consimilis strophe,
In qua sunt alii quattuor hoc genus
Versus, ex quibus hi sunt sibi tres pares

[n] *subicit* M. Mic. Pet.
[o] *Bis in*] *Bis ex* M.V. Pet. Mic. *Bis sex* Santenius, quia bis sex Glyconia subjecto Asclepiadeo apud Horatium inveniuntur.

[p] Praemissi, [q] biiugos qui capiant pedes,
Vnum quartus in omnibus.
Iam [r] quem perficiunt tres medii sic choriambicum,
Tales continuos carminibus [s] composuit tribus.
Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi.
Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.
O crudelis adhuc, et Veneris muneribus potens.
Binas hic capiti totque itidem deme novissimas:
Fient in medio perspicui tres choriambici.
At versus meus est, quem similem composui ex tribus,
Carmen PIERIDES DVLCISONVM, SI MEREOR, dabunt.
Et supra positi sic quoque sunt duo,
Carmen PIERIDES DVLCISONVM dabunt,
MaeceNAS ATAVIS EDITE REgibus.
Ex uno quoque sic fuit,
Carmen PIERIDES dabunt:
Sic te DIVA POTENS Cypri.
Forsan longula visa sit
Haec divisio tertia 2444 P.
Versus hendecasyllabi:
Sed tot nos docuit metra,
Et sunt quae [t] deceat magis
Nunc connectere, dum recens
Haec est regula, quae dedit
Ex se tam varios modos:
[u] Quae disiungere si velim,
Cogar, dum paro singulis
Certas reddere origines,
Iam tractata retexere.

Carmen hexametrum ex duabus tomis, seu Priapeum qui fiat.

Ergo hinc nascitur altera
Metri regula, ceu duas
Partes hexametri secans,
Quae ternos dirimit pedes;
Quos si reddideris sibi,

[p] *Praemisi*] *Praemissi* M. Mic. Pet.
[q] *binos*] *geminos* Mic. marg. Pet. *bis eos* conj. Santenius. *biiugos* Lachman.
[r] *quem*] *qui* Pet.
[s] *composui*] *composuit* Mic. Pet.
[t] *deceat*] *deceant* M.V. Pet. *decat* Mic.
[u] *Quam*] *Quae* Lachman.

Hexametrum pedibus cernes constare receptis,
Qui tamen [x]heroum factis indignus habetur.
Nanque tome media est versu non apta severo,
Fitque soluta magis, quotiens spondeus inest pes
Tertius et quartus: [y]non esse hunc incolumem ergo,
Sed de commatibus tradunt constare duobus.
Ipse [z]enim sonus indicat esse hoc lusibus aptum,
Et ferme modus hic datur a plerisque Priapo:
Inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus.
Priapeum carmen. *Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape,*
Qua domus tua [a]Lampsaci est, quaque . . . Priape:
Nam te praecipue in suis urbibus [b]colit ora
Hellespontia, caeteris [c]ostriosior oris.
Et similes plures sic conscripsisse Catullum
Scimus. Vsque adeo hoc genus lex heroica pellit,
Vt sit utraque portio coepta saepe trochaeis:
Nam discrimine nullo ponit hunc vel iambum,
Nec mirabere syllabae finem commate primo,
Tanquam de pede dactylo fiat tertia longa:
Nam te praecipue in suIS, talis versus et alter,
Hellespontia caeteRIS, aeque est ultima longa:
Nam quia commata bina sunt, sumunt ambo supremas.
Versus ergo magistri vocant hos Priapeos.
Et Maro dat tales: sed quia distinctio verba
Dissociat nectitve aliter, nec partibus aequis
Distingui [d]patitur pedes, [e]effugit sonus aurem:
Fronde super viriDI SUNT nobis mitia poma:
Castaneae molLES ET pressi copia lactis. 2445 P.
Turbabat caeLO, NUNC terras ordine longo
Aut capere aut captAS IAM despectare videntur.
Si distinctio separet *nobis mitia poma,*
Pressi copia lactis, terras ordine longo,

[x] *heroon*] *heroum* M.V. Pet. Mic.

[y] *non hunc incolumem*] Ita M.V. Mic. Pet. *non esse hunc incolumem* Lachman. *nolunt hunc incolumem* Br. *non hunc monocommaton* Schottus Obs. Phil. I. 6. p. 20.

[z] *etenim*] Sic Br. Pet. n̄ M. *enim* Mic.

[a] *Lampsaci est*] *Lampsaci sita est* Br. *Lampsaci est, qua que sylva Priape* viri docti ad Catullum.

[b] *colit*] *haec colit* Br.

[c] *ostriosior*] *ostreosior* Br.

[d] *patitur pedes, sonus*] *patitur, pedis sonus* Mic. Santenius conjicit, *pedes, is sonus.*

[e] *sonus effugit*] *effugit sonus* Lachman.

Despectare videntur, fient sic resonantes,
Vt versus sonat alter, quem distinctio nudat:
Cui non dictus HylAS PVER et Latonia Delos.
Si quis sic quoque findat [f]prima commatis instar,
Ex uno choriambico,
De quo disserui modo,
Versus stare videbitur:
Cui non dictus Hylas puer:
Thebis laeta dies adest:
Carmen Pierides dabunt.
Vsque autem duo commata
Possis credere rectius,
Haec ipsa ut videas dari
Non hoc, quo modo sint, situ,
Versa sed vice pristina.
Nanque his commatibus Flaccus Horatius
Metrum composuit, sed choriambicos
Ex binis pedibus praeposuit duos:
Tunc hos iungit epodos, partes ut [g]modo do duas:
Ipso carmine iam tibi fiet regula plana.
Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus
Grato Pyrrha sub antro,
Cui flavam religas comam?
Pergunt caetera post consimili strophe.
Versus hic igitur sunt pariles duo,
Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus?
Post hos quae veniunt commata perspicis,
Grato Pyrrha sub antro,
Cui flavam religas comam?
Cui flavam religas comam prima parte locetur,
Fiat comma secundum *grato Pyrrha sub antro:*
Versum non dubium est fore quem dicunt Priapeum,
Cui flavam religas comam grato Pyrrha sub antro?

[f] *prima*] *primum* Br. *hic* pro *sic* conj. Lachman.

[g] *modo*] Lego, *modo do.* Ita supra, v. 2700. *Quae sunt talia, quale est, modo quod dabo.* SANTEN. Sic ed. Lachman.

Nec quod desinit in *comam*, si fit tertia longa,
Dum G consona iungitur, *grato Pyrrha sub antro*,
Peccat dactylus istic, cum, sicut modo dixi,
Primi commatis ultima fiat libera legis.
Sunt haec [h] talia Flacci vatis carmina quinque.

De quarta tome hendecasyllabi.

Iam divisio quarta non morosa
Qualem suggerimus tomen habebit.
Carmen suave dedistis, o Camoenae. 2446 P.
Nam cum sustulerimus *o Camoenae*
Pars heroica fiet haec relicta,
Quae post hos geminos pedes habebit
Clusum nomine tertium trochaeum;
Carmen suave dedistis.
Haec heroica iam tome probata est,
Infandum regina;
Nam versus sibi parte restituta
Inlaesum revocabit hexametrum:
Carmen suave dedistis Olympiades mihi Musae:
Infandnm regina iubes renovare dolorem.

De quinta tome hendecasyllabi.

Et quintam breviter tomen loquemur.
Spondeum siquidem inter, et secundum
Quem scis dactylon hic solere poni,
Si trudas [i] anapaeston inserasque,
[k] Iungas caetera, iam videbis ipsum
Consueto pede [l] Sotaden locutum:
Carmen Pierides dabunt sorores:
Si dicam *lepidae*, palam est profecto
Quod sit pes anapaestus; insero ergo
Spondeo medium atque consequenti
Hoc nomen *lepidae*, fit omne tale,
Carmen lepidae Pierides dabunt sorores.
Idcirco genus hoc Phalaeciorum
[m] Vir doctissimus undecunque Varro

[h] *alia*] *talia* conjecit Pet. ediderunt Santenius et Lachman.

[i] *anapaeston* M. V. Pet. Mic. *anapaestum* Br.

[k] Post h. v. excidit versus, ad hunc modum, *quo supra tibi diximus poëtam.* conf. v. 1510. LACHMAN.

[l] *Sotaden* M.V. Pet. Mic. *Sotadem* Br.

[m] Atilius Fortunatianus p. 2676. *Quinta divisio est hendecasyllabi hoc exemplo,* Castae Pierides novem sorores. *Nam secundum primum spondeum est insertus huic hendecasyllabo anapaestus, Ionicum*

Ad legem redigens Ionicorum,
Hinc natos ait esse, sed minores.

De sexta tome hendecasyllabi.

Nunc divisio, quam loquemur, edet
Metrum quo memorant Anacreonta
Dulces composuisse cantilenas.
Hoc Petronius invenitur usus,
[n]Musis cum lyricum refert eundem
Consonantia verba cantitasse:
Et plures alii. Sed iste versus
Quali compositus tome sit, edam.
Iuverunt segetes meum laborem:
IVVERVNT caput [o]est id hexametri:
[p]Si cures reliquos pedes referre,
IVVERVNT animum versus ex carmine Flacci.
Quod restat, *segetes meum laborem,*
Tale est ceu, *triplici vides ut ortu*
Triviae rotetur ignis:
Volucrique Phoebus axe
Rapidum pererret orbem.
Nonnulli metron hoc magis putarunt 2447 P.
Quod sit postera pars Ionicorum,
Quos dicunt ἀπὸ μείζονος vocandos,
Vt versus reparetur inde plenus:
Segetes meum laborem,
O QVAM RELEVARVNT segetes meum laborem.
Triviae rotetur ignis,
CERNIS [pp]*QVOTIENS HIC Triviae rotetur ignis.*
Nec pars haec anapaeston atque iambos,
Necnon et catalecticam supremam,
Sed sumat pariambon et trochaeos,
Segetes meum laborem:
Quod [q]metron soleant pedes Iones,
[r]Nunc longas brevibus brevesque contra

Sotadeum facit, sic: Castae dociles *Pierides novem sorores. Ex quo non est mirandum quod Varro in Cynodidascalo (scenodidascalico* Lachman.) *Phalaecion metrum Ionicum trimetrum appellat: quidam Ionicum minorem.*

[n] *Musis cum*] Sic Dawesius. *Musicum* edd.

[o] *est id*] *id* om. M.V. Br. sed habent Mic. Pet.

[p] *Si cures*] Forte, *sic cures.* SANTEN.

[pp] *hic quotiens* M.

[q] *metron*] *metro* conj. Santenius. Tum *Iones* Lachman. cum Mic. marg.

[r] *Hunc*] *Nunc* Micylli margo, Pet.

Alterna vice commodando longis,
Versum claudere saepe [s] ditrochaeis.
Nec mirum puto, quando Varro versus
Hos, ut diximus, ex Ione natos
Distinguat numero pedum minores.

Galliambus versus qui fiat.

Hoc si sic repetamus, ut secundo
Supremam dare syllabam negemus,
Iuncto commate [t] galliambos exit:
Segetes meum laborem, Segetes meum [u] *labo.*
Sonat hoc subinde metro Cybeleïum nemus,
Nomenque galliambis memoratur hinc datum,
Tremulos quod esse Gallis habiles putant modos:
Adeo ut frequenter illum prope ab ultimo pedem,
Mage quo sonus vibretur, studeant dare tribrachyn.
Anapaestus esse primus, spondeus [x] aut solet:
Duo post erunt iambi, tribrachysve [y] subicitur:
Linquitque comma primum catalecticam brevem.
Pariambus et trochaei duo comma posterum
Tribrachysve continebunt, [z] superatque semipes,
[a] Servasse quae Catullum probat ipse tibi liber,
Super alta vectus [b] *Attis celeri rate maria.*

De septima tome hendecasyllabi.

At quae septima fit tome, videtur
Hipponactis habere claudicantem
Quem supra posui: quod ipsa iam nos
Versus formula [bb] posta perdocebit:
Carmen nemo facit meo Sabino:
Carmen nemo potest heroum reddere versum:
Carmen nemo dabit [c] *magno quod par sit Homero.*
Claudum est porro *facit meo Sabino:*
Nam [d] reddo partes, ut quadratus claudicet, priores,

[s] *de trochaeis*] Puto, *ditrochaeis.* SANTEN. Sic ed. Lachman.

[t] *Galliambos*] *Galliambus* Mic. Pet.

[u] *labo*] *laborem* M.V.

[x] *et solet*] *aut solet* Lachman. coll. Mario Victorino p. 2602.

[y] *subiicitur*] *subicitur* Pet. Mic. Com. *subiicitur* M. v. seq. *que* om. Mic.

[z] *superatque*] *super atque* Var. Lect. ap. Commelin. Muretus ad Catull.

[a] *Servasseque*] *Servasse quae* Pet. Mic.

[b] *Atys—rate*] *ATTIS—RATIS* M.

[bb] *postea* Mic.

[c] *magno*] *claro* Marius Victorinus p. 2602.

[d] *reddo*] *redde* Mic. Com. Mox *priores* om. M. sed habent Mic. Pet. Marius Victorinus p. 2603. *cui si primas sui generis partes adiicias, erit versus iambicus tetrametrus scazon talis.*

Partemque et istam: versus hic ad hunc modum sonabit,
Quis [e]*carmen aut versum novum FACIT MEO SABINO?*
Phaselus ille quem vides, FACIT MEO SABINO.
Hinc iam caetera metra [f]persequemur,
Quae Flaccus varie suis epodis
[g]Nunc unum recinens dato priori,
Nunc binos geminis, tribus vel unum,
Aut binos varie dedit sonantes,
Vt sit tertius atque quartus impar.

De compage et concinnatione quae versus alternet.

Quem tibi tetrametrum iam diximus, hunc tribus trochaeis,
Adiunctis pedibus talem dedit, ut dedi gemellos.
Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni.
[h]Hunc differre supra fuit utile, quod sequens epodus
Cum parte iambi tres habet trochaeos:
Et nondum species mistas simul ex utroque metro
Tractare adortus aptius putavi
Hunc differe, magis postquam tibi tota lex iambi
Distincta utrunque planius probaret.
Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni,
Trahuntque siccas machinae carinas.
Solvitur acris hyems grata vice, tetrametros hic est,
Et tres trochaei *veris et Favoni:*
Trahuntque siccas portio est iambi,
Cas hinc superfit, semipes habetur.
Similes trochaei, *machinae carinas.*
[i]Posset videri claudus hic trimetrus,
Duos ut esse duplices primos pedes
Trahuntque siccas machinae putemus,
Claudum antibacchum qui facit *carinas.*
Sed talem epodum dicitur dedisse
Callimachus ante de tribus trochaeis,
In fine versum [k]phallicis sonantem,

[e] *carmen* om. Br.
[f] *persequemur*] *prosequemur* Br.
[g] *Nunc unum*] *Nec unum* M. Pet. *Nec unum* Mic. cum *nunc* in marg. *nunc* Br.
[h] *Huc differre*] *Nunc differre* M. Mic. *Huc differre* Br. Pet. *Hunc* conj. Santenius, ed. Lachman.
[i] *Posset* M.V. Pet. Mic. *Possit* Br.
[k] *phallicis*] *phalaecis* M. v. supra v. 2555. *versus Sapphici* malit Lachman.

Quem [l] dico dudum Sapphicum vocandum:
Siccas ducite navitae carinas:
Nam tale cernis *navitae carinas*,
Vt finis ille est, *veris et Favoni :*
[m] Et quanquam iambum Flaccus antemisit,
Trahuntque siccas,
Magis putandum est tres datos trochaeos
Quam [n] post iambos ultimum antibacchum,
Vterque finis lege ut esset una,
Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni :
Trahuntque siccas machinae carinas :
Semelque metrum tale copulavit.

Heroo trimetrum semel idem subdidit unum,
Geminus ut iste versus ostendet tibi:
Mella cava manant ex ilice: montibus altis
Levis [o] *sonante lympha dissilit pede:* 2449 P.
Utrunque apertum est: immorari desinam.

Et dimetrum heroo talem subiunxit epodum,
Bis usus hoc nec amplius:
Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Oblivionem sensibus.
Nox erat, et caelo fulgebat luna sereno
Inter minora sidera.

Necnon trimetro talem epodum comparat.
Pentametri partem dactylicam subicit,
[p] Atque dimetron ad hoc, unumque versum reddidit:
[q] *Petti, nihil me sicut antea iuvat*
Scribere versiculos amore perculsum gravi.
Prior trimetrus [r] quaestionem non habet:
Pentametri pars est *scribere versiculos:*

[l] *dico dudum*] Puto v. 2547. SANTEN.

[m] *Quanquam*] *Et quanquam* Pet. Mic. marg. *Quanquam iambicum* Br.

[n] *post iambos* Mic. Pet. *poscit iambos* M.V. *petat iambus* Br.

[o] *sonante* M.V. Pet. *crepante* Br. ex Horat. Epod. XVI. 48.

[p] *Ad hos dimetron atque versum reddidit* H. *reddit* M.

[q] *Petti* M.V. *Pecti* Pet. Mic.

[r] *est, tomen qui* Br. *quem ionem* M.V. Mic. "fortasse legendum "*utrumque* vel *est qui ionem*" Mic. marg. *questionem* Pet. *quaestionem* Santen. Lachman.

[s]At hoc dimetrum perspicis,
Amore perculsum gravi.
Semelque et istud functus est.

[t]Itemque epodum non [u]trimetro reddidit,
Sed versum heroum voluit praemittere totum,
[x]Dein dimetrum collocat, commaque dactylicum,
Et hic, ut ante, versus unus ut foret:
Horrida tempestas coelum contraxit, et imbres
Nivesque deducunt Iovem: nunc mare nunc siliiae.

[s] *At hoc*] *Ad hoc* Br.

[t] *Itemque*] *Idemque* Mic. marg.

[u] *trimetros edidit* M.V. *trimetris addidit* Pet. Mic. *trimetrum aedidit* Br. *trimetro reddidit* Bentleius ad Horat. Epod. XI. p. 321. *trimetro subdidit* Santenius.

[x] *Dein dimetrum*] *Deinde metrum* M.V.

TRACTATUS DE METRIS

E COD. MS. HARLEIANO n. 5635. DESCRIPTUS.

Ἰστέον ὅτι πούς ἐστι μετρικὸν σύστημα συλλαβῶν· ὠνομάσθησαν δὲ πόδες ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τοῦ σώματος ποδῶν. Ὥσπερ γὰρ οἱ πόδες τοῦ σώματος ἀλλήλοις ἀντιπαρακείμενοι τὴν πορείαν ἀπεργάζονται, οὕτω καὶ οὗτοι ἀλλήλοις ἀντιπαρακείμενοι τὴν ὁδὸν τοῦ λόγου σχηματίζουσιν· ἣν πάλιν τροπικώτερον βάσιν προσαγορεύομεν. Ὀνομάζονται δὲ πόδες διὰ τὸ τῆς κινήσεως εὔρυθμόν τε καὶ ἁρμόδιον. Τάττεται δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα ἐπὶ πολλῶν· καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐπὶ ἀλόγων ζώων, καὶ ἐπὶ πηδαλίου νηός, καὶ ἐπὶ ἱστίου, ὁμοίως καὶ ἐπὶ στιχῶν.

Πάντες δὲ οἱ πόδες εἰσὶν εἰκοσιοκτώ· τέσσαρες οἱ δισύλλαβοι· ὀκτὼ οἱ τρισύλλαβοι· δεκαὲξ οἱ τετρασύλλαβοι.

Ζητητέον πρῶτον περὶ τῶν δισυλλάβων. Πρῶτός ἐστιν ὁ ἐκ δύο μακρῶν, ὃς καλεῖται σπονδεῖος, οἷον πηγή. Δεύτερος ὁ ἐκ δύο βραχειῶν, ὃς λέγεται πυρρίχιος, οἷον, λόγος· τρίτος ἴαμβος, ὁ ἐκ βραχείας καὶ μακρᾶς, οἷον, λέων· τέταρτος ὁ τροχαῖος, ὁ ἐκ μακρᾶς καὶ βραχείας, οἷον, δῆμος.

Τρισύλλαβοι δὲ ὀκτώ· μόλοττος, ὁ καὶ τρίμακρος, οἷον, Ἡρώδης· δάκτυλος, οἷον, ἥλιος· ἀνάπαιστος, οἷον, πολέμων· ἀμφίμακρος, οἷον, ἡγεμών· ἀμφίβραχυς, οἷον, βοηθός· Βακχεῖος, οἷον νοήμων· παλιμβάκχειος, οἷον, Ἥφαιστος· τρίβραχυς, οἷον, λόγιος· λέγεται δὲ οὗτος καὶ χορεῖος, διὰ τὸ ἐν χοροῖς χρᾶσθαι τοὺς παλαιοὺς τούτῳ τῷ μέτρῳ, ὥσπερ καὶ μολοττὸς λέγεται διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ μέτρῳ ᾄδειν ᾠδὰς ἐν τῷ ναῷ τοῦ Μολόσσου Διός· ἔστι δὲ τρίμετρον· ὁ δὲ δάκτυλος ἀπὸ τῶν ἁρμονιῶν τῶν δακτύλων.

Οἱ δὲ τετρασύλλαβοι δεκαέξ· δισπονδεῖος, οἷον Ἡρακλείδης· προκελευσματικός, οἷον, φιλόσοφος· παιὼν πρῶτος, οἷον, Στησίχορος· παιὼν δεύτερος, οἷον, Ὀνήσιμος· παιὼν τρίτος, οἷον, Κλεό-

βουλος· παιὼν τέταρτος, οἷον, Ἐπιγενής· ἰωνικὸς ἀπὸ μείζονος, οἷον, Δημήτριος· ἰωνικὸς ἀπ' ἐλάσσονος οἷον, Διομήδης· χορίαμβος, οἷον, Εὐφορίων· ἀντίσπαστος, οἷον, Ἀλέξανδρος· διίαμβος, οἷον, Ἀνακρέων· διτροχαῖος, οἷον, Ἀρχέδημος· ἐπίτριτος πρῶτος, οἷον, Ἀριστείδης· ἐπίτριτος δεύτερος, οἷον, Εὐρυμήδης· ἐπίτριτος τρίτος, οἷον, Δημοσθένης· ἐπίτριτος τέταρτος, οἷον, Καλλίξεινος.

Μέτρον δέ ἐστι ποδῶν ἢ βασέων σύνταξις, αἰσθήσει τῇ δι' ἀκοῆς παραλαμβανόμενον· παρέπεται δὲ τῷ μέτρῳ ἑπτά· γένος, εἶδος, σύνταξις, τομὴ, μέγεθος, σχέσις, καὶ ἀπόθεσις.

Γένος οὖν μέτρου φαμὲν τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν ἀντιπαθῶν ἐπιπλοκὴν, ὡς δακτυλικοῦ πρὸς τὸν ἀνάπαιστον. Ἐπιπλοκὴν γὰρ λέγομεν τὴν εἰς ἄλληλα συγγένειαν τῶν μέτρων, ἢ τῶν μετρικῶν εἴδων· εἴδη δὲ ἐπιπλοκῆς τρία· δυαδικὸν τρίσημον, ὡς τροχαϊκὸν καὶ ἰαμβικόν· δυαδικὸν τετράσημον, ὡς δακτυλικὸν καὶ ἀναπαιστικόν· τετραδικὸν ἑξάσημον, ὡς τὸ ἀντισπαστικὸν χοριαμβικόν.

Εἶδος δὲ μέτρου μετρικὴ ποιότης, καθ' ἣν εἰς τὸ αὐτὸ τυγχάνει, οἷον, τροχαϊκὸν ἀναπαιστικόν. Εἴδη μέτρου τροχαϊκὸν ἰαμβικὸν δακτυλικὸν ἀναπαιστικὸν χοριαμβικὸν ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος ἰωνικὸν ἀπὸ ἐλάσσονος παιωνικὸν ἀντισπαστικὸν καὶ ἀνακρεοντεῖον.

Σύνταξις δὲ μέτρου ἐστὶν σύνοδος ποδῶν, καθ' ἣν ἴσμεν πότερον ἁπλοῦν ἐστὶν ἢ σύνθετον. Ἁπλοῦν μὲν οὖν ἐστὶν, ὅταν ὁ στίχος τοὺς πόδας πάντας ὁμοίους ἔχῃ·

Ἀτρείδης· [a]τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρων γουναζέσθην (Il. λ'. 130.)

σύνθετον δὲ, ὅταν ἀνομοίους ἔχῃ,

Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.

Τομὴ δέ ἐστιν εὐπρεπὴς ἀπαρτισμὸς ἐν μέσῳ στιχῶν ἀνανεούμενος. Τομαὶ δέ εἰσι τέσσαρες· πενθημιμερὴς, ἑφθημιμερὴς, τροχαϊκὴ, καὶ βουκολική. Καὶ πενθημιμερὴς μὲν, ὅταν μετὰ δύο πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου, ὡς τὸ,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ

καὶ τὸ,

Ἀτρείδη ποῖον

[a] Ms. δ' ἄρα τούτω.

ἔχει γὰρ τῶν πέντε τὸ ἥμισυ. Ἑφθημιμερὴς δὲ, ὅταν μετὰ τρεῖς πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου, οἷον,

τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη

καὶ τὸ

Ἀτρείδη ποῖόν σε ἔπος

ἔχει γὰρ τῶν ἑπτὰ τὸ ἥμισυ. Τροχαϊκὴ, ὅταν μετὰ δύο πόδας εἰς μέρος λόγου τροχαῖος ἀπαρτίζῃ, οἷον,

Οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

τετάρτη, βουκολικὴ, ὅταν μετὰ τέσσαρας πόδας ἀπαρτίζηται ὁ στίχος εἰς μίαν συλλαβὴν, οἷον,

Ζεὺς μέν που τόγε οἶδε καὶ ἀθάνατοι

εἴσιν οἱ δὲ προστιθέασι καὶ ἑτέραν τροχαϊκὴν, ἔστι δὲ αὕτη ὅταν μετὰ τέσσαρας πόδας εὑρεθῇ τροχαῖος λήγων εἰς μέρος λόγου, οἷον,

Τρώων ῥῆξε φάλαγγα, φόως δ' ἑτάροισιν.

Μέγεθος δὲ, τὸ μηκύνειν τὰς συλλαβὰς καὶ τὰ πάθη ταῖς λέξεσι μείζονα δρᾶν· ὡς τὸ,

τριχθά τε καὶ τετραχθά

καὶ τὸ

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενές.

Σχέσις δὲ τὸ τοὺς λόγους αὐτῶν σκοπεῖν, οὐ μόνον τῶν ποδῶν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ τῶν λέξεων καὶ τῶν μέτρων.

Ἀπόθεσις δὲ, ἡ ὁποιαοῦν κατάληξις μὴ τοῦ παντός· εἴσι δὲ ἀποθέσεις τέσσαρες· βραχυκατάληκτον, καταληκτικὸν, ἀκατάληκτον, καὶ ὑπερκατάληκτον. Καὶ βραχυκατάληκτον μέν ἐστιν, ὡς ἐν παραδείγματι ἐπὶ τοῦ μονομέτρου εἰπεῖν, ὅπερ ποδὸς ὅλου δεῖται πρὸς ἀπαρτισμὸν, οἷον τὸ φεῦ φεῦ, καὶ τὸ ἰὼ, ἢ τὸ εἶα. Ταῦτα γὰρ μονόμετρά ἐστι βραχυκατάληκτα, διὰ τὸ ἔχειν μὲν τὸν ἕνα πόδα τοῦ ἑτέρου δὲ λείπεσθαι. Καταληκτικὸν δὲ, τὸ δεόμενον συλλαβῆς πρὸς ἀπαρτισμὸν, οἷον τὸ ἰώ μοι, καὶ τὸ ἰὼ φεῦ. Ταῦτα γὰρ μονόμετρά ἐστι καταληκτικὰ, διὰ τὸ ἔχειν ὅλον πόδα καὶ μίαν συλλαβὴν, ἤτοι ἥμισυ ποδὸς, λείπεσθαι δὲ μιᾶς συλλαβῆς πρὸς ἀπαρτισμόν. Ἀκατάληκτον δὲ, ὅπερ ἀπηρτισμένους ἔχει τοὺς πόδας, οἷον τὸ, ἰοὺ ἰοὺ, ἢ τὸ ἰὼ ἰὼ, ἢ τὸ φεῦ φεῦ ἰώ.

Ταῦτα γὰρ μονόμετρά ἐστιν ἀκατάληκτα, διὰ τὸ ἀπηρτισμένους ἔχειν τοὺς πόδας, καὶ μὴ ἐλλειπεῖς ὡς τὰ εἰρημένα. Ὑπερκατάληκτον δὲ τὸ ἔχον μὲν ὅλους τοὺς πόδας ἀπηρτισμένους, ἔχον δὲ συλλαβὴν μίαν πλειόνα, ἢ καὶ πόδα.

Ἰστέον δὲ ὅτι πάντα τὰ μέτρα πλὴν τοῦ δακτυλικοῦ κατὰ διποδίαν μετρεῖται, καὶ ἀνέρχεται μέχρι τοῦ πενταμέτρου. Ἔστι δὲ μονόμετρον μὲν τὸ ἔχον πόδας δύο, δίμετρον τὸ ἔχον πόδας τέσσαρας, τρίμετρον τὸ ἔχον ϛʹ, τετράμετρον τὸ ἔχον ηʹ, πεντάμετρον τὸ ἔχον ιʹ· περαιτέρω δὲ οὐ πρόεισιν. Εἴρηται δὲ πλὴν τοῦ δακτυλικοῦ, ἐπειδὴ τοῦτο οὐ κατὰ διποδίαν μετρεῖται, διὰ τὸ εἶναι τοὺς πόδας τρισυλλάβους.

Συνίζησις δὲ πάθος τις (sic) οὖσα παρέπεται μέτρῳ παντί· καλεῖται δὲ καὶ συνεκφώνησις. Ἔστι δὲ καταλογισμὸς ἐν ποδισμῷ δύο συλλαβῶν εἰς μίαν, οὕτως δὲ ὥστε εἶναι αὐτὰς ἀμεσολαβήτους συμφώνῳ, ἵνα δύνωνται συνεκφωνηθῆναι· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἔστι δυνατόν· οἷον δὲ ψυχαγωγία τίς ἐστι τῆς στενοχωρίας τοῦ μέτρου. Γίνεται δὲ ἢ ἐκ δύο μακρῶν συλλαβῶν λογιζομένων ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς, ὡς τὸ, ἢ οὐχ ἅλις, τὸ γὰρ ἢ καὶ οὐ ἀντὶ μιᾶς λογίζονται ἐν τῷ ποδισμῷ, καὶ τὸ,

βούκολ᾽ ἐπεὶ οὔτε κακῷ οὔτ᾽ ἄφρονι φωτὶ ἔοικας

ἢ δύο βραχειῶν ἀντὶ μιᾶς βραχείας, ὡς τὸ,

ἀλλὰ τέον οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.

ἢ μακρᾶς καὶ βραχείας ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς, ὡς τὸ,

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληιάδεω Ἀχιλῆος.

ἢ βραχείας καὶ μακρᾶς ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς, ὡς τὸ,

ὥρη γάρ τ᾽ ὀλίγη πέλεται νείκεων τ᾽ ἀγόρεων τε.

Ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἡ μακρὰ καὶ βραχεῖα καὶ βραχεῖα καὶ μακρὰ λογίζονται ἀντὶ μιᾶς βραχείας, πλὴν οὐ τῆς μακρᾶς μενούσης μακρᾶς, ἀλλὰ βραχείας λογιζομένης διὰ κοινὴν συλλαβὴν, ὡς εἶναι τὴν συνίζησιν ἐν τῷ καταλογισμῷ ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μιᾶς μακρᾶς, ὡς τὸ,

δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

καὶ τὸ

χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς

τὸ γὰρ δενδρέῳ τὸ ω καὶ τὸ χρυσέῳ τὸ ω κοιναὶ τυγχάνουσι συλλαβαὶ, καὶ ὡς βραχεῖαι λογίζονται, πλὴν τῷ φαινομένῳ μακραί εἰσι. Καὶ ἡ συνίζησις ἀπὸ τοῦ προφανοῦς λέγεται ἀπὸ μακροῦ καὶ βραχέος εἰς μίαν βραχεῖαν. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ω προθήσεις καὶ δευτέραν λογίσῃ συλλαβὴν ἐν μὲν τῷ ἐφεζόμενοι τὸ ε´ ἐν δὲ τῷ ἀνὰ σκήπτρῳ τὸ α´, ἔσται ἡ συνίζησις ἀπὸ μακροῦ καὶ βραχέος εἰς μίαν βραχεῖαν· εἰ δὲ προτάξεις ἐν τῷ δενδρέῳ τὴν δρε´ συλλαβὴν καὶ ἐν τῷ χρυσέῳ τὴν σε´, ἔσται ἀπὸ βραχέος καὶ μακροῦ εἰς μίαν βραχεῖαν.

Αἱ δὲ συλλαβαὶ, ἡ μὲν μακρὰ ἢ φύσει μακρά ἐστιν, ὡς τὸ Ἥρως καὶ τὸ Αἴας, ἢ θέσει, ὡς τὸ ὄπτω καὶ ἔξω· ἡ δὲ βραχεῖα ἢ φύσει βραχεῖα, ὡς τὸ λέγε καὶ λόγος, ἢ διχρόνῳ συνεσταλμένῳ ὄντι κανόνι ἢ ἔθει, ὡς τὸ ἡδὺς καὶ τις καὶ λᾶας· ἡ δὲ κοινὴ, ἢ τὸ μακρὸν εἰς βραχὺ τρέπεται, καταπεραιούμενον εἰς λόγου μέρος, ἔχον δὲ τὴν ἑξῆς ἀρχομένην ἀπὸ φωνήεντος, ὡς τὸ,

δεῦτε δὴ ἐννέπετε

ἢ τὸ βραχὺ εἰς μακρὸν, διχῶς δὲ, ἢ γὰρ περαιοῦται μὲν εἰς μέρος λόγου, τὴν δὲ ἑξῆς ἀδιαφόρως ἔχει ἀρχομένην, οἷον,

Νέστορα δ᾽ οὐκ ἔλαθεν ἰαχή.

ἢ ἐπιφέρεται δύο σύμφωνα, τὸ μὲν ἡγούμενον ἄφωνον, τὸ δὲ ἑπόμενον ἀμετάβολον, οἷον,

Πάτροκλέ μοι δειλῇ.

Σημεῖα δὲ τῆς μὲν μακρᾶς συλλαβῆς τόδε —, τῆς δὲ βραχείας τόδε, ⏑, τῆς δὲ κοινῆς, εἰ μὲν ἀντὶ μακρᾶς λαμβάνεται, τόδε, └—, εἰ δὲ ἀντὶ βραχείας, τόδε, —┐

Προῆλθε δὲ τὸ μέτρον ἐκ θεοῦ, μέτρῳ τάτε οὐράνια καὶ ἐπίγεια κεκοσμηκότος· ἁρμονία γάρ τις ἐστι καὶ τοῖς ἐπουρανίοις καὶ ἐπιγείοις· ἤ πῶς ἂν ἄλλως συνέστη τόδε τὸ πᾶν εἰ μὴ ῥυθμῷ τινι καὶ τάξει διεκεκόσμητο· καὶ τὰ ἐφ᾽ ἡμῶν δὲ κατασκευαζόμενα ὄργανα μέτρῳ πάντα γίνονται· εἰ δὲ πάντα, πολλῷ γε μᾶλλον ὁ λόγος, ἅτε καὶ περιεκτικὸς ἁπάντων ὤν· ἔστι μὲν γὰρ καὶ τῷ πεζῷ ἁρμονία τις, καὶ δῆλον ἐξ ὧν τοῦ μὲν ὁ λόγος ἐστὶν εὐρυθμότερος, τοῦ δὲ οὔ. μᾶλλον δὲ πρόσεστι τῷ ποιητικῷ πάθεσι πλείστοις χρωμένῳ, καὶ λέξεσι δὴ καὶ μύθοις καὶ πλάσμασι, δι᾽

ὧν ἁρμονία κατασκευάζεται. Ταῦτ' ἄρα καὶ οἱ παλαιοὶ ἐμμέτρους μᾶλλον τοὺς οἰκείους ἐποίουν λόγους ἢ πεζούς. Καὶ μὴν τῷ μέτρῳ πρόσεστιν ἁρμονία, ἡ δ' ἁρμονία μουσικὴ τυγχάνει. Τῆς μουσικῆς δὲ ὅσον τὸ κλέος ἐστὶν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Ὥστε καὶ τὸ μέτρον ἓν τῶν ἀρίστων ὑπὸ τὴν μουσικὴν ὄν, ἧς τὸ "κλέος" ὡς Ὅμηρος ἔφη "οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν."

Καλοῦνται δὲ τὰ μέτρα τὰ μὲν ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ ᾔδοντο, τὰ δὲ ἐκ τῶν εὑρόντων πρῶτον αὐτὰ, τὰ δὲ ἐκ τῶν ὑμνουμένων θεῶν, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ πόδες. Πυρρίχιος μὲν γὰρ καλεῖται ἢ διὰ τὸ μεθ' ὅπλων χρῆσθαι μᾶλλον τοὺς χρωμένους αὐτῷ, ἢ διὰ τὸ τὸν Πύρρον πρῶτον νικήσαντα ὑμνηθῆναι τούτῳ τῷ μέτρῳ, ὅπερ ἐκ τοῦ πυρριχίου μᾶλλον σύγκειται. Τροχαῖος δὲ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐξ ὕψους εἰς ταπεινὸν ἡκόντων λίθων, οἳ καὶ τρέχειν τὸν βαδίζοντα παρασκευάζουσιν, ἢ διὰ τὸ τοὺς περιτρέχοντας τοὺς βωμοὺς τούτῳ τῷ μέτρῳ ᾄδειν. Σπονδεῖος δὲ, ὅτι ἐπειδὴ σπένδοντες τοῖς θεοῖς καὶ ζητοῦντες ἀγαθόν τι παρ' αὐτῶν τούτῳ τῷ μέτρῳ ἐχρῶντο. .... ἰαμβίζειν γάρ ἐστι τὸ ὑβρίζειν. Ἢ παρὰ Ἰάμβης κόρης, ἥτις αἰσχρῶς ὑβρισθεῖσα τῷ μέτρῳ τούτῳ ἀγχονῇ τὸν βίον κατέλυσεν· ἢ ὅτι Δημήτηρ περίλυπος οὖσα ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ τῆς κόρης παρεξενώθη γυναικὶ νίβῃ (sic) καλουμένῃ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, ἧς ἡ θεράπαινα Ἰάμβη καλουμένη παρεμυθήσατο τὴν Δήμητραν ὀρχουμένη τούτῳ τῷ μέτρῳ. Δάκτυλος δὲ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἁρμονιῶν τῶν δακτύλων· ἀπὸ γὰρ τῆς μακρᾶς ἐπὶ τὰς βραχείας κατέρχεται. Ἀνάπαιστος δὲ, ὅτι ἀνάπαλιν τοῦ δακτύλου παίει, ἤτοι στρέφεται. Ἀμφίμακρος, ὅτι ἑκατέρωθεν δύο μακρὰς ἔχει. Ἀμφίβραχυς, ὅτι ἑκατέρωθεν δύο βραχείας ἔχει. Βακχεῖος, ἐπειδὴ οἱ ὕμνοι τῶν διθυραμβοποιῶν πρὸς Διόνυσον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ τούτων σύγκεινται τῶν ποδῶν. Παλιμβακχεῖος, ὅτι ἀνάπαλιν τοῦ βακχείου διάκειται. Χορεῖος, ὅτι ἐν τοῖς χοροῖς μᾶλλον ἐχρῶντο τῷ τοιούτῳ μέτρῳ. Μολοττὸς, ὅτι ᾠδὰς λέγουσιν ἐμμέτρους συγκειμένους ἐκ τοιούτων ποδῶν ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Δωδώνης, πρὸς μνήμην Μολοσσοῦ υἱοῦ τηρου (sic) καὶ Ἀνδρομάχης, ἥπερ ἑορτὴ ὕστερον Μολοσσεία ἐκλήθη.

ἀσεβήσουσι, νικήσουσιν. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἀσεβημάτων εἶναι μέγιστον [b]τὸ τὴν χρησμῳδήσασαν αὐτοῖς τὸν χρησμὸν ἀνελεῖν· καὶ ἀνεῖλον. Αἱ δὲ περὶ τὸ τέμενος συνιέρειαι δίκην λαβεῖν ἀπῄτουν τοῦ φόνου τοὺς Θηβαίους. Θηβαῖοι δὲ οὐκ ἐπιτρέπουσι γυναιξὶ μόναις τὴν περὶ αὐτῶν [c]δίκην· κοινῆς δὲ κρίσεως ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν γεγενημένης, καὶ τῶν ἀνδρῶν λευκὰς αὐτοῖς ἐπενεγκόντων ψήφους, ἀπέφυγον οἱ Θηβαῖοι· ὕστερον [d]δὲ ἐπιγνόντες αὐτοῖς τὸ ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ προστασσόμενον, βαστάσαντες τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν ἱερῶν [e]τριπόδων ἕνα, καὶ κατακαλύψαντες, ὡς ἱερόσυλοι, ἀνέπεμψαν εἰς Δωδώνην· εὐπραγήσαντες δὲ ἐξ ἐκείνου, τοῦ λοιποῦ τὴν πρᾶξιν ἑορτὴν ἐποίουν.

27 [f]Ὠσχοφορικὰ δὲ μέλη παρὰ Ἀθηναίοις ᾔδετο· τοῦ χοροῦ δὲ δύο νεανίαι, κατὰ γυναῖκας ἐστολισμένοι, [g]κλῆμα ἀμπέλου κομίζοντες μεστὸν εὐθαλῶν βοτρύων, (ἐκάλουν δὲ αὐτὸ ὦσχην, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία,) τῆς ἑορτῆς καθηγοῦντο. Ἄρξαι δὲ Θησέα φασὶ πρῶτον τοῦ ἔργου· ἐπεὶ γὰρ ἑκούσιος ὑποστὰς [h]τὸν εἰς Κρήτην πλοῦν ἀπήλλαξε τὴν πατρίδα τῆς κατὰ τὸν δασμὸν συμφορᾶς, χαριστήρια ἀποδιδοὺς Ἀθηνᾷ καὶ Διονύσῳ, οἳ αὐτῷ κατὰ τὴν νῆσον τὴν Δίαν 350
ἐπεφάνησαν, ἔπραττε τοῦτο δυσὶ νεανίαις ἐσκιατραφημένοις χρησάμενος πρὸς τὴν ἱερουργίαν ὑπηρέταις. Ἦν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἡ παραπομπὴ ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἱεροῦ εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς [i]Σκιράδος τέμενος. Εἵπετο δὲ τοῖς νεανίαις ὁ χορὸς, καὶ ᾖδε τὰ μέλη· ἐξ ἑκάστης

[b] τὸ τὴν χ. α. om. B.C. H. marg.
[c] δίκην ἀξιοῦν A.H. sed deest H. marg.
[d] δὲ om. B.
[e] τριπόδων] Sic A.H. al. τρίποδα.
[f] ὨΣΧΟΦΟΡΙΚΑ A.H. et mox ὤσχην.
[g] κλῆμα] κλήματα B.C. κλῆμά τε —μεστὸν Meursius Gr. Fer. p. 220.
[h] τὸν] τῶν C.
[i] κειριάδος H. in textu. κειράδος A. Ἀθηνᾶν Σκιράδα Harpocrat. v. Σκίρον.

δὲ φυλῆς ἔφηβοι διημιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους δρόμῳ· καὶ τούτων ὁ πρότερος ἐγεύετο ἐκ τῆς πενταπλῆς λεγομένης φιάλης, ἣ συνεκιρνᾶτο ἐλαίῳ, καὶ οἴνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ τυρῷ, καὶ ἀλφίτοις.

28 Εὐκτικὰ δὲ μέλη ἐγράφετο τοῖς αἰτουμένοις τι παρὰ θεοῦ γενέσθαι.

29 Πραγματικὰ δὲ, ἃ τινῶν περιεῖχε πράξεις.

30 Ἐμπορικὰ δὲ, ὅσα κατὰ τὰς ἀποδημίας καὶ [k]ἐμπορείας ἐπιδεικνύμενά τισιν ἐγράφη.

31 [l]Ἀποστολικὰ δὲ, ὅσα [m]διαπεμπόμενοι πρός τινας ἐποίουν.

32 Τὰ δὲ γνωμολογικὰ δῆλον ὅτι παραίνεσιν ἠθῶν ἔχει.

33 Καὶ τὰ γεωργικὰ δὲ, χώρας καὶ φυτῶν καιροὺς καὶ [n]ἐπιμελείας.

34 Καὶ τὰ ἐπισταλτικὰ δὲ, ὅσα κατ' ἐντολὰς πρός τινας ποιοῦντες [o]διέπεμπον.

[p]Οἱ δὲ δύο λόγοι τῆς Πρόκλου γραμματικῆς χρηστομαθίας ἐν [q]τούτοις.

[k] ἐμπορίας] ἐμπορείας A.H.

[l] καὶ ἀποστ. B.C.

[m] διαπεμπόμενα H.marg. B.C.

[n] Post ἐπιμελείας subaudiendum ἔχει, aut aliud hujusmodi verbum. SYLBURG. ἐπιμελεία B.C.

[o] Sic H.textu. ἐξέπεμπον marg. B.C.

[p] οἱ δὲ] οἱ μὲν B.C.

[q] Post clausulam hujus ἐκλογῆς in altero Stephani codice nihil vacabat; in altero vacabat pagina integra; deinde sequebatur, Ἀνεγνώσθη τοῦ ἁγίου Μεθοδίου ἐπισκόπου. Imperfectam sane hanc ἐκλογὴν esse id declarat, quod cum Procli χρηστομαθία γραμματικὴ in quatuor λόγους divisa dicatur initio, hic duorum dumtaxat summa exposita esse perhibetur. Nisi forte pro δύο Photius scripsit δὴ, *ergo*. SYLBURG.

IN PROCLUM

ANNOTATIONES.

P. 341, 3. Ἀνεγνώσθη *lectum est*, vel ἀνεγνώσθησαν *lecta sunt.* Sic de singulis a se cum judicio lectis Photius Constantinop. ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων loquitur, ut oculato testi fides habeatur. Nec enim ex aliorum sermone, vel obiter, et tanquam per transennam inspecto opere, de toto opere judicium sibi ferendum existimabat, sed a capite ad calcem perlecto, libere judicat censor et criticus gravissimus, summi et ingenii et judicii de scriptoribus ducentis amplius et septuaginta *Philologis*, *Poëtis*, *Historicis*, *Oratoribus*, *Philosophis*, et *Theologis*, qui maximam partem, temporumne injuria an majorum incuria, perierunt: et quidem de styli charactere, scriptorum numero, et titulis: quæ γνήσια, quæ ψευδεπίγραφα: quid laude, et imitatione, quid contra vituperatione dignum in singulis deprehendisset, sine fuco et odio, more majorum enumerat: denique qua quisque tempestate floruerit, cæteraque (longum esset enim ire per singula) audacter dijudicat. *Bibliothecam* autem inscripsisse putant exemplo Diodori Siculi, de quo in Præf. Plinius major, et Agellius in extremo Noctium Attic. Tertullianus in Apologet. et Eusebius de Præp. Evang. Apollodori item Atheniensis exemplo, cujus extat *Deorum Bibliotheca.* SCHOTT.

Ibid. Χρηστομαθίας] *Electa* verti: nam et *Electorum* commentarios 160 reliquit Plinius major Plinio sororis F. ut ipse ait Lib. iii. Ep. 5. et *Laudabilia* potius reddidi, quam *Epitomen* vel *utilem doctrinam:* ne erres. Χρηστὰ enim et χρήσιμα erant in scriptoribus loca non oscitanter legenda, quod utilia essent, quæ et X figura, decussatim scripta, notabantur. Latini *Lau-*

dabilia vocabant, et his singulis LL. hoc est *Locus Laudabilis*, ut Valer. Probus ait, designabant. Contra, quæ culpanda, damnandave videbantur, Græci ferali litera Θ, et utrinque obelo fodiebant, quod ὀβελίζειν erat; ut monuit vir doctissimus Pet. Pithoeus Lib. ii. Adversariorum subsecivorum c. 3. et in M. Varronem de Re Rustica Pet. Victorius, se L literam, vel τὸ *laudabilia* in vett. libris persæpe reperisse; quæ et Jos. Scaliger argute explanavit (ad Varron. p. 210. ed. H. Steph. 1581.) et ad Laertium (III. 66.) Is. Casaubonus, ac denique in Polymathia Joannes a Wouwere, Belga. SCHOTT.

Ibid. Φωτίου] Nomen hoc semel iterumque ex nominis affinitate apud sæculum prius in Photini hæretici degenerarat, librariorum vitio, cum Photii reponendum sit, in Gratiano c. 1. et 2. 63. distinct. SCHOTT.

Ibid. Χρηστομαθία] Ut Epitoma Strabonis est Χρηστομαθία ἐκ τοῦ Στράβωνος, id est, *Loci laudabiles ex Strabonis Geographicis collecti*; sic quatuor hi libri Procli inscribuntur Χρηστομαθία Γραμματικῆς Πρόκλου, hoc est, *Selecta aurea a Proclo ex Grammaticis.* Nam quod Grammaticorum fuerit illa disputatio de generibus poëmatum, unus Diomedes testis erit ἀξιόπιστος, qui tertium librum suarum Institutionum Grammaticarum magna ex parte ex eo consumpsit. His accessit opera Photii, qui ex illis Grammaticorum selectis a Proclo hæc ipse quoque seposuit. Fuerat autem Proclus studiosissimus τῶν Ἐπιτομῶν, ut ejus auditor, et in professione Platonicæ scholæ successor, Marinus Neapolitanus in ejus vita observavit. Nec mirum: didicerat enim a puero studiosissime Mathematicas apud Heronem, quæ contentæ suo pulvere erudito τὰ περιττὰ repudiant: et Hero ipse, ut ex ejus monumentis apparet, brevitatis fuit amantissimus. Hinc illa Procli στοιχείωσις admirabilis Theologiæ Platonicæ, qua nihil brevius, nihil in eo genere perfectius. Simillima huic et illa ejusdem, quæ vulgo circumfertur, et a Themistio primo de Anima (p. 68, 14. ed. Ald.) videtur citari, σύνοψις τῶν περὶ κινήσεως εἰρημένων Ἀριστοτέλει, μαθηματικωτέρα tamen: qua nil aptius ad librum VI. Physicorum Aristotelis, et alia ejusdem de motu theoremata plane percipienda, et memoriter retinenda: quin et ad omnes scientias certo cognoscendas et firmiter memoria conservandas nulla epitomæ ratio accuratior, nec sensibus Aristotelis intimis congruentior. Sed hæc alibi copiosius. De generibus

poëmatum Aristoteles et Horatius vulgo noti, præter *Diomedem cujus supra meminimus. Nam illa Tulliana initio præfationis, quam adhibuit orationibus Demosthenis et Æschinis a se conversis, exilia sunt, neque satis integra: plura Fabius Quinctilianus libro X. multo plura Donatus aut quicunque ille interpres Terentio prælucet. Ex Græcis posterioribus aliqua *ἐν τοῖς προλεγομένοις* Scholiorum ad poëtas; omnium tamen copiosissime Tzetzes in Lycophronem. Hephæstio alia genera poëmatum persecutus est, quæ ad metricam spectant. Satis præfati pergamus ad Proclum. NUNNES.

* [Operæ pretium existimavi locum Diomedis integrum, etsi in nonnullis aperte mendosum, oculis lectorum subjicere.

De poëmatibus.

Poëmatis genera sunt tria. Aut enim activum est vel imitativum, quod Græci δραματικὸν *vel* μιμητικόν: *aut enarrativum vel enunciativum, quod Græci* ἐξηγητικὸν *vel* [a] ἀπαγγελτικὸν *dicunt: aut commune vel mixtum, quod Græci* κοινὸν *vel* μικτὸν *appellant.* Δραματικὸν *vel activum est, in quo personæ agunt solæ, sine* [b] *ullius poëtæ interlocutione, ut se habent tragicæ* [c] *et comicæ fabulæ; quo genere* [d] *scripta est prima Bucolicon, et ea cujus initium est,*

Quo te Mœri pedes?

'Εξηγητικὸν *est vel enarrativum, in quo poëta ipse loquitur, sine personæ ullius interlocutione, ut se habent tres Georgici, et prima pars quarti: item* [e] *Lucretiana carmina, et cætera his similia.* Κοινὸν *vel* [f] μικτὸν *est, in quo poëta ipse loquitur, et personæ loquentes introducuntur, ut est scripta Ilias* [c] *et Odyssea tota Homeri,* [g] *et Æneis Virgilii, et cætera his similia.*

De generibus poëmatos dramatici vel activi.

Poëmatos [h] *dramatici vel activi genera sunt quatuor: apud Græcos, tragica, comica, satyrica, mimica: apud Romanos, prætextata, tabernaria, Atellana, planipes.*

Exegetici vel enarrativi species sunt tres, angeltice, historice, didascalice. Angeltice est, qua sententiæ scribuntur, ut est The-

[a] ἀπολογητικὸν Med.
[b] *ulla* Med. *ullius* Putsch.
[c] *vel* Med.
[d] *scripta est Bucolicon ea* Med.
[e] *Lucretica* Med.
[f] *Commune* Med.
[g] *Vel activi et exegetici vel enarrativi.* Med. pro Putschianis *et Æneis—similia.*
[h] *Grammatici* Med.

ognidis liber: item [i] *chriæ. Historice est, qua narrationes et genealogiæ componuntur, ut est* [k] *Hesiodi* Γυναικῶν κατάλογος, *et similia. Didascalice est, qua comprehenditur philosophia,* [l] *ut libri Varronis Empedoclis et Lucretii, item astrologia, ut* Φαινόμενα *Arati et Ciceronis, et Georgica Virgilii, et his similia.*

De specie poëmatos communis.

Κοινοῦ *vel communis poëmatos species prima est heroica, ut est Iliados et Æneidos: secunda lyrica, ut est Archilochi et* [m] *Horatii.*

Epos dicitur Græce [n] *carmine hexametro divinarum rerum et heroicarum humanarumque comprehensio; quod a Græcis ita definitum est:* [o] ἔπος ἐστὶν ἐμπεριοχὴ θείων καὶ ἡρωικῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· *Latine paulo* [p] *communius Carmen auditur. Epos* [q] *Latinum primus digne scripsit* [r] *is, qui* [s] *res Romanorum decem et octo complexus est libris, qui et Annales* [t] *inscribuntur, quod singulorum fere annorum actus contineant, sicut* [u] *publici annales, quos pontifices scribæque conficiunt de Romanis,* [x] *quod Romanorum res gestas declarant. Epos autem appellatur, ut Græcis placet,* παρὰ τὸ ἕπεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς [y] μέρη τοῖς πρώτοις. *Præcipue vero hexameter versus Epos dicitur, quoniam quidem hoc versu verba responsi in mutuam, ut sic dixerim, consequentiam primus Deus vates comprehendit, unde postea abusive verbum, et solutæ orationis ipsa scriptura consequens, ab aliis Epos dictum.*

Ῥαψῳδία *dicitur Græce* ποιήσεως [z] μέρος, *aliqua particula discreta atque divulsa; dicta* παρὰ τὸ ῥάπτειν, *quod versus in unum volumen velut* [a] *consuantur et comprehendantur, vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum ba-*

[i] deest Med.
[k] *Theogonia* Med.
[l] Voces *ut libri Varronis* ex Med.
[m] h. l. addit Med. *poematos characteres sunt quatuor.*
[n] *carmen oxametron* Med.
[o] Corrupte Med. νεπριοχηθειωη κοι ηρωικωη.
[p] *communis* Med.
[q] *Latine* Med.
[r] scil. *Ennius.*
[s] *Romanorum gesta* Med.
[t] *scribuntur* Med.
[u] *puta* Med.
[x] *quidem* Med.
[y] Ita Scaliger. Putsch. μέτροις. Totus locus in Med. sic: παρα το επω το λεγω. *Proprie enim* επος *est* εμμετρος λογος *vel* ακλουεω. *Præcipue vero hexameter versus epos dicitur, quoniam hoc versu verba respondent mutuo, ut sic dixerim.* Deinde exhibet *Poematos characteres —fluminis alveo—* quæ exhibemus paullo infra ex Putschio.
[z] om. Med.
[a] *consumantur* Med.

culo, id est virga, pronunciabant, qui ab eodem Homero dicti sunt Homeristæ.

Poëmatos characteres sunt hi, μακρὸς, βραχὺς, μέσος, ἀνθηρός. Μακρὸς [b]*est,* [c]*ut apud Virgilium cum* [d]*narratione character, ut in* [e]*undecimo ubi de Camilla facit narrationem sic:*

Pulsus ob invidiam regno viresque superbas.

Aut ut se habent secundi et tertii libri. Βραχὺς *est ut in quinto, ubi de Ganymede strictim narrat sic:*

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit,
Intextusque puer frondosa regius Ida
Veloces jaculo cervos cursuque fatigat.

Μέσος *est, ut in primo,*

Huic conjunx Sichæus erat ditissimus agri
Phœnicum, et magno miseræ dilectus amore.

Est enim castigata narratio, sic tamen ut omnia complexa sit.

'Ανθηρὸς, *ut in septimo, ubi amœnitatem luci ac fluminis describendo facit narrationem sic:*

Hunc inter fluvio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis et multa flavus arena
In mare prorumpit, variæ circumque supraque
Assuetæ ripis volucres et fluminis alveo
Æthera mulcebant cantu, lucoque sonabant.

De poëmatis generibus.

Elegia est carmen compositum, hexametro versu pentametroque [f]*ad invicem positis: ut,*

Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
Et teneat culti jugera [g]multa soli.

Quod genus carminis præcipue scripserunt apud Romanos Propertius et Tibullus et Gallus, imitati Græcos Callimachum et Euphorionem. Elegia autem dicta, sive παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνειῶτας (*fere enim defunctorum laudes hoc carmine* [h]*comprehendebantur*) *sive* ἀπὸ τοῦ ἐλέους, *id est, miseratione, quod* [i]θρήνους *Græci seu* ἐλεγεῖα *isto metro scriptitaverunt. Cui opinioni consentire videtur Horatius, qui ad Albium Tibullum elegiarum*

[b] om. Med.
[c] *cum* Med.
[d] tres voces om. Med.
[e] *decimo de Camilla* Med.
[f] Sic Med. *alternis vicem* Putsch.
[g] *magna* Med.
[h] *comprehendebant* Med.
[i] *tyrenus Græcique* ἐλεγείας Med. θρήνους *Græci aea eia* Putsch.

auctorem scribens, ab ea, quam diximus, miseratione, elegos miserabiles *dicit, hoc modo:*

Neu miserabiles
Decantes elsgos.

Apud Romanos autem id carmen, quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur, Nenia dicitur, [k]*παρὰ τὸ νείατον, id est ἔσχατον:* [l]*unde et in chordis* [m]*extremus nervus appellatus est νήτη.* [n]*Nam et elegia extrema mortuo accinebatur, sicuti nenia, ideoque ab eodem elegia videtur tractum cognominari, quod mortuis vel morituris adscribitur novissimum.*

Iambicum est carmen maledicum, plerunque trimetro versu et epodo sequente compositum: ut,

Mala soluta navis exit alite,
Ferens olentem Mævium.

Appellatum est autem παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod est maledicere. Cujus carminis præeipui scriptores apud Græcos Archilochus et Hipponax, apud Romanos Lucilius, et Catullus, et Horatius, et Bibaculus.

[o]*Epodi dicuntur versus quolibet modo scripti, et sequenteis clausulas habentes particularum, quales sunt* [o]*epodi Horatii, in quibus singulis versibus singulæ clausulæ adjiciuntur, ut,*

Nox erat, et cælo fulgebat luna sereno

deinde,

Inter minora sidera.

et,

Altera jam teritur bellis civilibus ætas

deinde,

Suis et ipsa Roma viribus ruit.

et quicunque sunt similes. Dicti autem [o]*epodi συνεκδοχικῶς a partibus versuum, quæ legitimis et integris versibus ἐπᾴδονται, id est, accinuntur.*

[p]*Satyra dicitur carmen apud Romanos, nunc quidem maledicum, et ad carpenda hominum vitia archææ comœdiæ charactere compositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius. Et olim carmen, quod ex variis poëmatibus constabat, satyra vocabatur, quale scripserunt Pacuvius et Ennius. Satyra*

[k] παρατονητον τοεσχατον Med.
[l] om. Med.
[m] *extremis* Med.
[n] desunt Med. *Nam et—eodem.*
[o] *Epodos* Med. in eodem mox desunt *Deinde*—ætas.
[p] *Satyra est carmen apud Romanos, nunc quidem apud Græcos* Med.

autem dicta, sive a Satyris, quod similiter in hoc carmine ridiculæ res pudendæque dicuntur, quæ velut a Satyris proferuntur et fiunt: sive a satyra lance, quæ referta variis multisque primitiis [q]*in sacro apud priscos diis inferebatur, et a copia ac saturitate rei satura vocabatur; cujus generis lancium et Virgilius in Georgicis meminit, cum hoc modo dicit,*

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

et,

Lancesque et liba feremus

sive a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum [r]*satyram dicit Varro vocitatum. Est autem hoc positum in II. libro Plautinarum quæstionum:* Satyra est [s]uva passa et polenta et nuclei pinei ex mulso consparsi. *Ad hæc alii addunt et de malo punico grana. Alii autem dictam putant a lege satyra, quæ uno rogatu multa simul comprehendat, quod scilicet et satyra carmina multa simul et poëmata comprehenduntur, cujus satyræ legis Lucilius meminit in primo,*

Per satyram ædilem factum, qui legibu' solvat.

et Sallustius in Jugurtha, Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur.

Bucolica dicuntur poëmata [t]*secundum carmen pastorale composita. Instituta autem sunt, sicut quidam putant, in Laconia, vel, ut alii, in Sicilia. Nam inter Lacedæmonios et Siculos diversa fuit conditio. Sed* [u]*quod ad Laconas pertinet, hæc eorum fuit origo. Quo tempore adventante Xerxe in Græciam, omnes, deserta Laconia, metu barbarorum perterriti, in diversas partes fugisse creduntur, et cum virgines timore laterent, ex hoc evenisse, ut eo die, quo solitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad solenne sacrificium inveniretur. Tunc itaque pastores ex rure in urbem convenerunt, et ne ritus sacrorum interrumperetur, pastorali carmine composito deæ honorem celebraverunt, unde est βουκολισμὸς dictus. A Siculis autem origo quæ trahitur, hæc est. Antequam Hiero rex Syracusas expugnaret, morbo Sicilia laborabat. Variis et assiduis ceremoniis Dianam placantes, finem malis invenerunt, eamque Lyen cognominaverunt, quasi solutricem malorum. Inde res*

[q] *in sacris discordis inferebatur* Med.
[r] *satyram Varro vocitat* Med.
[s] *ubi* Med.
[t] *carmine pastorali* Med.
[u] *quid hoc* Med.

in consuetudinem tracta est, ut greges rusticorum theatrum ingrederentur, et [x] *de victoria canerent. Habitus vero hujusmodi videbatur. Erat panis magnus omnium ferarum imagine* [y] *completus, et* [z] *uter cum vino, et* [a] *follis cum omnium leguminum genere: inerat* [z] *et corona in capite, et in manu pedum clavatum; atque ita victorum omnium fores multitudo* [b] *circumibat, carmen in victoriam, quam adepti fuerant, canebant, et de eo folle limina frugibus spargebant. Nonnulli et in Italiam, et in Lydiam et in Ægyptum transisse creduntur, quos Lydiastas et Bucolistas appellaverunt. Quanquam est et alia opinio, circum pagos et oppida solitos fuisse pastores composito cantu precari* [c] *pecorum ac frugum omniumque* [d] *rerum proventum, atque inde in hunc diem manere nomen et ritum Bucolicorum. Putant autem quidam hoc genus carminis primum Daphnim composuisse, deinde alios complures, inter quos Theocritum Syracusanum, quem noster imitatur.*

Tragœdia est heroicæ fortunæ in adversis comprehensio. A Theophrasto ita definita est: Tragœdia est ἡρωϊκῆς τύχης περίστασις. *Tragœdia, ut quidam, a* τράγος *et* ᾠδὴ *dicta est, quoniam olim auctoribus tragicis* τράγος, *id est, hircus, præmium cantus proponebatur, qui Liberalibus, die festo Libero patri, ob hoc ipsum immolabatur, quia, ut Varro ait, depascunt vitem: et Horatius in Arte poëtica,*

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum
Mox etiam agrestes Satyros nudavit.

et Virgilius in Georgicorum secundo, cum et sacri genus monstrat, et [e] *causam talis hostiæ reddit his versibus,*

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur.

Alii autem putant a fæce, quam Græcorum quidam τρύγα *appellant, tragœdiam nominatam, per mutationem litterarum υ in α versam, quoniam olim nondum personis a Thespide repertis tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabant, ut rursum est Horatius testis, sic,*

[x] *victoriam* Med.
[y] *complexus* Med.
[z] om. Med.
[a] *foliis omnium* Med.
[b] *carmen circuibat, victoriam.* Med.
[c] *corporum* Med.
[d] om. Med. Mox Putschius *Tragœdia, ut quidam, dicitur a* τράγῳ *et* ᾠδῇ.
[e] *carmen* Med. Mox idem, *permutatione literarum in adversum.*

Ignotum tragicæ genus invenisse Camenæ
Dicitur, et plaustris vexisse poëmata Thespis,
Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.

Alii a vino arbitrantur, propterea quod olim vinum dictitabatur τρὺξ, *a quo* τρύγητος *hodieque vindemia est, quia Liberalibus apud Atticos, die festo Liberi patris, vinum cantoribus pro corollario dabatur, cujus rei testis est Lucilius in XII.*

Comœdia est privatæ civilisque fortunæ, sine periculo vitæ, comprehensio, apud Græcos ita definita: κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν [f]πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. *Comœdia dicta* ἀπὸ τῶν κωμῶν. Κῶμαι *enim appellantur pagi, id est, conventicula rusticorum. Itaque juventus Attica, ut ait Varro, circum vicos ire solita fuerat, et quæstus sui causa hoc genus carminis pronunciabat. Aut certe a* [g]*ludis vicinalibus. Nam posteaquam ex agris Athenas commigratum est, et hi ludi* [h]*instituti sunt, sicut Romæ Compitalitii, ad canendum prodibant, et ab urbana* [i]κώμῃ καὶ ᾠδῇ *comœdia dicta est,* [k]*vel quod in ea viculorum, id est humilium domuum, fortunæ comprehendantur, non ut in tragœdia publicarum regiarumque. Vel* ἀπὸ τοῦ κώμου, *id est, comessatione,* [l]*quod olim in ejusmodi fabulis amantium juvenum* κῶμοι *canebantur.*

Comœdia a tragœdia differt, quod in tragœdia introducuntur duces, heroes, duces, reges: in comœdia humiles atque privatæ personæ. In illa luctus, exilia, cædes: in hac amores, virginum raptus. Deinde quod in illa frequenter et pene semper lætis rebus exitus tristes, et liberorum fortunarumque priorum in [m]*pejus agnitio:* [n]*in hac tristibus lætiora succedunt. Quare varia definitione discretæ sunt. Altera enim* [o]ἀκίνδυνος περιοχὴ, *altera* τύχης περίστασις *dictæ sunt. Tristitia namque tragœdiæ proprium. Ideoque Euripides, petente Archelao rege ut de se tragœdiam scriberet, abnuit, ac precatus est, ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ, ostendens nihil aliud esse tragœdiam quam miseriarum comprehensionem.*

Poëtæ primi comici fuerunt, Susarion, [p]*Mullus, et Magnes.*

[f] Med. post ἰδιωτικῶν addit καὶ πολιτικῶν.
[g] *vicibus* Med.
[h] *constituti* Med.
[i] *come et odo* Med.
[k] *vel απο των viculorum* Med.
[l] *quæ* Med.
[m] *pœnis* Med.
[n] *in hac—succedunt* desunt Med.
[o] δεινων περιοχη Med.
[p] *Nullus* Med.

Hi veteris disciplinæ joculatoria quædam minus scite et venuste pronunciabant,[r] *in quibus hi versus fuerunt:*

[q]Σουσαρίων λέγει τάδε·
Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ᾽ ὅμως, ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

Secunda ætate fuerunt Aristophanes, Eupolis, et Cratinus: qui et principum vitia sectati, acerbissimas comœdias composuerunt.

Tertia ætas fuit Menandri, Diphili, et Philemonis, qui omnem acerbitatem comœdiæ mitigaverunt, atque multiplicia argumenta Græcis erroribus secuti sunt. Ab his Romani fabulas transtulerunt, et constat apud illos primo Latino sermone comœdiam Livium Andronicum scripsisse. Sunt qui velint Epicharmum in [r] *Co insula exulantem primum hoc carmen frequentasse, et sic a* [r] *Co comœdiam dici.*

Antea itaque galeris non personis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret ætatis, cum essent aut albi, aut nigri, aut rufi. Personis vero uti primus cœpit Roscius Gallus præcipuus histrio, [s]*quod oculis perversis erat, nec satis decorus in personis nisi parasitus pronunciabat.*

Initio togatæ comœdiæ dicebantur, quod omnia in publico honore confusa cernebantur, quæ togatæ postea in prætextatas et tabernarias dividebantur. Togatæ fabulæ dicuntur, quæ scriptæ sunt secundum ritus et habitus hominum togatorum, id est, Romanorum, toga namque Romana est, sicut Græcas fabulas ab habitu æque palliatas Varro ait nominari. Togatas autem, cum sit generale nomen, specialiter tamen pro tabernariis, non modo communis error usurpat, quia [t] *Fauni togatas appellant, sed et poëtæ, ut Horatius, qui ait,*

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Togatarum fabularum species tot fere sunt, quot et palliatarum. Nam prima species est togatarum, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus imperatorum negotia agebantur, et publica, et reges Romani vel duces inducuntur, personarum dignitate et [u] *argumentorum sublimitate tragœdiis similes. Prætextatæ autem dicuntur,*

[q] Ita exhibet Med. *Sussarion cantalogica enigine cecalimoso odemate ut esti euratimiana neulatu.* Mox *ycian* pro *οἰκίαν* MSS.

[r] *Ceo* Med.

[s] *qui* Med. Mox *oculis eversis* MSS.

[t] *Fannius t. appellat* Med. *qui Afranii t. appellat* Reuvens. Vide paullo infra.

[u] *personarum* Med.

quia fere regum vel magistratuum, qui prætexta utuntur, in ejusmodi fabulis acta comprehenduntur.

Secunda species togatarum, quæ tabernariæ dicuntur, et humilitate personarum et argumentorum similitudine comœdiis pares, in quibus non magistratus regesve, sed humiles homines et privatæ domus inducuntur; quæ, quod olim tabulis tegerentur, communiter tabernariæ vocabantur.

Tertia species est fabularum Latinarum, quæ a civitate Oscorum Atella, in qua primum cœptæ, appellatæ sunt Atellanæ, argumentis dictisque jocularibus similes satyricis fabulis Græcis.

Quarta species est planipedis, qui Græce dicitur Μῖμος. *Ideo autem Latine* [x] *planipes dictus, quod actores planis pedibus, id est nudis, proscenium introirent, non ut tragici actores cum cothurnis, neque ut comici cum* [y] *soccis, sive quod olim, non in suggestu scenæ, sed in plano orchestræ positis instrumentis mimicis* [z] *actitabant. Cujus planipedis* [a] *Atta togatarum scriptor ita in Ædilitia fabula meminit:*

[b] Daturin' estis aurum, exultat planipes.

Si quas tamen ex soccis fabulas fecerant, palliati pronunciabant.

A prætextata tragœdia differt, [c] *quod in tragœdia heroes* [d] *inducuntur, ut Pacuvius tragœdias nominibus heroicis scripsit,* [e] *Duloresten, Chrysen, et his similia: item Accius: in prætextata autem quæ inscribitur Brutus, vel Decius, item Marcellus. Togata tabernaria a comœdia differt, quod in comœdia Græci ritus inducuntur, personæque Græcæ, Laches, Sostrata: in illa vero Latinæ. Togatas tabernarias in scenam* [f] *dictaverunt præcipue duo, Afranius et* [g] *G. Quintius. Nam Terentius et Cæcilius comœdias scripserunt.*

Latina Atellana a Græca Satyrica differt, quod in Satyrica fere Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ sunt ridiculæ

[x] *planipedes,* Med.
[y] *socios olim* Med.
[z] *agitabant* Med.
[a] *Actius* Med.
[b] *datum inest aurum* Med. Mox *exoticas* Reuvens pro *ex soccis.*
[c] tres voces om. Med.
[d] *introducuntur ut* Med.
[e] *Horestem. Chysoem* Med.
[f] *ductaverunt*] *dictaverunt* Med. Sic Appuleius Florid. III. p. 62. ed. Oudend.—*Philemon fabulas cum Menandro in scenam dictavit.*
[g] *Quintus Ennius* Med. f. l. *T. Quintius* [*Atta*]. Vid. Orell. ad Horat. Ep. II. 1. 79.

similes Satyris, Autolycus, Busiris: in Atellana, [h] *Oscæ personæ, ut Maccus.*

Dramata autem dicuntur tragica aut comica παρὰ τὸ δρᾶν, *id est, agere. Latine fabulæ appellantur, sive fatibulæ. In Latinis enim fabulis plura sunt cantica, quæ canuntur. Vel a faciendo, nam et* agi *fabula, non* referri ab actoribus *dicitur. Ideoque Horatius utraque significatione interpretatur, cum ita de fabula dicit,*

Aut agitur res in scenis, aut acta refertur,

[i] *sicut in choro. In Græco dramate fere tres personæ solæ agunt, ideoque Horatius ait,*

Nec quarta loqui persona laboret.

quia quarta semper muta. At Latini scriptores complures personas in fabulas introduxerunt, ut speciosiores frequentia facerent.

Satyrica est apud Græcos fabula, in qua item tragici [k] *poëtæ non heroas aut reges sed satyros induxerunt ludendi causa jocandique, simul ut spectator inter res tragicas seriasque satyrorum quoque jocis et lusibus delectaretur, ut Horatius sentit his versibus:*

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes satyros nudavit, et asper
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod
Illecebris erat et grata novitate morandus
Spectator.

Mimus est sermonis cujuslibet motus sine reverentia, vel factorum [l] *et turpium cum lascivia imitatio.* [m] *A Græcis ita definitus:* Μῖμός ἐστιν μίμησις βίου, τάτε συγκεχωρημένα καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων. *Mimus dictus* παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, *quasi solus imitetur, cum et alia poëmata idem faciant; sed solus, quasi privilegio quodam quod fuit commune possedit: similiter atque is, qui versum facit, dictus* ποιητής; *cum* [n] *et artifices,* [o] *qui æque quid faciunt, non dicantur poëtæ.*

Membra comœdiarum tria sunt, diverbium, canticum, chorus.

[h] *obscenæ* Med.

[i] *Sicut Græco in choro. Dramate vero tres personæ solum a.* Med.

[k] *potest* Med. et mox *Satyros ornavit* et *Illecebris spectator erat et novitate movendus.*

[l] *et turpium* desunt Med.

[m] *A Græcis*—περιέχων. et mox παρὰ τὸ μιμεῖσθαι om. Med.

[n] *tamen*] *et* Med.

[o] *cum* Med.

Membra comœdiæ diversa sunt, definito tamen numero continentur, a quinque usque ad decem. Diverbia sunt partes comœdiarum, in quibus diversorum personæ versantur. Personæ autem diverbiorum, aut duæ, aut tres, [p] aut raro quatuor esse debent, ultra augere numerum non licet. In canticis autem una tantum debet esse persona: aut si duæ fuerint, ita esse debent, ut ex occulto una audiat, nec [q] conloquatur, sed [r] secum, si opus fuerit, verba faciat. In choris vero numerus personarum definitus non est, quippe junctim omnes loqui debent, quasi voce confusa, et concentum in unam personam reformantes. Latinæ [s] igitur comœdiæ chorum non habent, sed duobus tantum membris constant, diverbio et cantico. Primis autem temporibus, ut asserit Tranquillus, omnia quæ in scena versantur in comœdia agebantur. Nam pantomimus [t] et pithaules et choraules in comœdia canebant. [u] Sed quia non poterant omnia simul apud omnes artifices pariter excellere, si qui erant inter actores comœdiarum pro facultate et arte potiores, principatum sibi [x] artificii vendicabant. Sic factum est, ut, nolentibus cedere mimis [y] in artificio suo ceteris, separatio fieret reliquorum. Nam dum potiores inferioribus, qui in omni [z] ergasterio erant, servire dedignabantur, seipsos a comœdia separaverunt: ac sic factum est, ut exemplo semel sumpto, unusquisque artis suæ rem exequi cœperit, neque in comœdiam venire: cujus rei indicia produnt nobis antiquæ comœdiæ, in quibus invenimus, acta tibiis paribus, aut imparibus, aut Sarranis. *Quando enim chorus canebat, choricis tibiis, id est, choraulicis, artifex concinebat, in cantico autem pithaulicis responsabat. Sed quod* paribus tibiis, *vel* imparibus *invenimus scriptum, hoc significat, quod si quando monodio agebat unam tibiam inflabat, si quando synodio [a] utramque.*]

P. 341, 5. διαιρεῖται εἰς δ′.] Εἰς δύω legendum reor, itaque scripsisse Photium arbitror; nam ex duobus tantum Procli libris hoc fragmentum concinnatum est: et Suidas tres duntaxat libros χρηστομαθίας agnoscit: et vero in numerorum notis singulis facilis errandi ansa librariis objici solet, ut β in

[p] *raro autem*] *aut raro* Med.
[q] *loquatur* Med.
[r] ita Med. *secus* Putsch.
[s] *vero*] *igitur* Med.
[t] *et pithaules* om. Med.
[u] *Sed quia—qui erant* om. Med.
[x] *artificia* Med.
[y] *cum* Med.
[z] *magisterio* Med. et mox *Seranis.* Vid. Servius ad Æn. IX. 618.
[a] Sic Med. *utriusque* Putsch.

δ commutarit, vel primam in δύω literam oscitans scriba reliquisse contentus, properarit. Sexcenta id genus σφάλματα in ipso Suida, et Laërtio, ut reliquos taceam, deprehendas. Non procul abiero: in eo ipso Suida, Μουνυχιὼν, δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις: reponendum enim δέκατος. Natum mendum suspicor, ex compendio δεκ quod in δευ migravit. Munichion enim mensis, quem Martio respondere putant, decimus a Junio, qui primus erat Atticorum mensium, in quem solstitium æstivum caderet, ut Theod. Gaza observavit. Sed quoniam in manibus Suidæ liber est, non pigebit de [b] Procli scriptis reliqua describere, sed Latine: *Proclus Lycius Syriani discipulus, auditor item et Plutarchi Nestorii F. philosophi, philosophus et ipse Platonicus. Hic scholæ Athenis præfuit: ipsius discipulus et successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plurima tam philosophica, quam grammatica. Commentarium in integrum Homerum, in Opera item et Dies Hesiodi. Laudabilium locorum Libros γ'. De educatione lib. duos. In Platonem de Rep. lib.* IV. *in Orphei Theologiam, et de consensu Orphei, Pythagoræ, et Platonis. De Oraculis libros* 10. *De Diis apud Homerum, aliaque.* Hæc Suidas. Exstant et in Euclidem, et Ptolomæum comment. ut mathematicum summum agnoscas: in Peripatetica vero disciplina, libellus de motu, quo Aristotelem a libro 3. Physic. et deinceps in compendium redegit. Platonicæ vero doctrinæ, Platonis Theologica elementa, et Physica nuper edita. In Italicis vero Bibliothecis, in Timæum, in primum Alcibiadem, in Cratylum, in Parmenidem dialogos commentarii adhuc latent. SCHOTT.

341, 6. ὡς αὗταί εἰσιν ἀρεταὶ λόγου καὶ ποιήματος] Quænam? Non sunt hæc genera τοῦ πλάσματος, quæ, Procle, proxime subjungis? neque enim diceres καὶ ὅτι &c. Suspicor locum mutilum et decurtatum a Photio de quatuor virtutibus παντὸς λόγου καὶ ποιήματος: de quibus Tzetzes Chil. XII. c. 428. et alibi, et ἀνώνυμος Græcus in extrema συνόψει Rhetoricæ, et alii. Anonymus addit auctoribus quos laudat Tzetzes hujus sententiæ Iamblichum, nisi locus depravatus, et sapientiores ex recentioribus. Iamblicho autem magistro in philosophia quidem usum Proclum legimus apud Ammo-

[a] Plura de Proclo dabit Fabricius Bibl. Gr. lib. v. cap. 26.

nium: quin et idem Proclus in Euclidem hoc ipsum profitetur, quamvis apud Marinum nulla ejus mentio. Leonam audiverat quidem in Rhetoricis, sed publica illa erat opinio de quatuor virtutibus orationis; quæ sunt *συντομία, σαφήνεια, μεγαλοπρέπεια, καὶ πιθανότης*: cum quibus fortasse consentiunt illæ Peripateticorum, quas ex Theophrasto commemorat M. Tullius: Ἑλληνισμὸς scilicet, *σαφήνεια, κόσμος, καὶ τὸ οἰκεῖον.* Nam *τὴν συντομίαν* accommodabo *τῷ* Ἑλληνισμῷ, quia, ut docet Aristoteles Rhetor. III. 5. *μὴ τοῖς περιέχουσι* (quod pugnat *τῇ συντομίᾳ*) *ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις δεῖ γίγνεσθαι τὸ ἑλληνίζειν.* Ὁ *κόσμος* respondebit *τῇ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τῷ πιθανῷ τὸ οἰκεῖον.* Aliter recensent quatuor virtutes *τοῦ διηγήματος*, aut certe *τοῦ μυθικοῦ διηγήματος* Hermogenes et Apthonius in Progymnasmatis; illi tamen non de omni oratione, sed de narratione tantum loquuntur. NUNNES.

341, 8. *καὶ ὅτι τοῦ πλάσματος*] Plutarchus in Homeri vita (cap. LXXII. T. V. p. 751 B. ed. Wyttenbach. 4to.) Ἐπεὶ δὲ *καὶ χαρακτῆρές εἰσι τῶν λόγων τὰ καλούμενα πλάσματα, ὧν τὸ μὲν ἁδρὸν, τὸ δ' ἰσχνὸν, τὸ δὲ μέσον λέγεται.* Vides hic aperte, *τοῦ πλάσματος* nomen pro *χαρακτῆρος* positum, quod est insigne. Nam quod *χαρακτῆρες* et ideæ vocentur, plena testium antiquitas, et de tribus illis etiam generibus: quamquam ab ea sententia dissentiunt Demetrius Phalereus, aut quicumque auctor libelli *περὶ ἑρμηνείας*, et Dionysius Halicarnasseus *ἐν τῷ περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων*, et Macrobius Saturn. V. 1. Sed de his alii viderint: nos ad Proclum. NUNNES.

Ibid. 10. *καὶ κατεσκευασμένον μάλιστα*] Quam belle his respondent illa Plutarchi, quamque illustriora! Ἁδρὸν *πλάσμα ἐκεῖνό ἐστι τὸ καὶ τῇ τῶν λέξεων καὶ τῇ τῶν νοημάτων κατασκευῇ μεγάλας ἔχον ἐμφάσεις.* Nam *τὸ κάλλος* non accipio hoc loco pro una idea orationis, quam separatim docuit Hermogenes, sed de ea venustate, quæ toti poëmati adspersa est: quam *τῷ μεγέθει καὶ τῷ γλυκύτητι* voluit idem Hermogenes temperari. NUNNES.

Ibid. 11. *ἰσχνὸν*] De tribus dicendi formis, humili, mediocri, et sublimi, Cornificius lib. IV. Rhetoricorum ad Herennium, M. Tullius de Oratore, et Agellius Noct. Attic. VII. 14. qui cum tribus Atheniensum legatis comparat, Carneade Academico, Critolao Peripatetico, et Diogene Stoico (de quibus

legatis idem XVII. 21. Plinius VII. 30.) De Græcis vero Hermogenes Libro *De Ideis:* et Περὶ Ὕψους Dionysius Longinus, valde ab Eunapio Sardiano laudatus, libro singulari; omnis denique Rhetorum Schola. *Is enim eloquens est,* inquit Cicero, *qui poterit parva submisse, modica temperate, magna graviter dicere.* Cumque omnis oratio vel ad docendum, vel delectandum, vel denique ad incitandum sit comparata, attenuato generi propositum docere, mediocri delectare, sublimi vero animos impellere, rapere, et inflammare. Eadem vero in poëtica, tamquam numeris vincta oratione, ratio, quod illi ἀντίστροφος esse videatur. Nam, *Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ, Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ.*

Est igitur omnis oratio, vel	*Humilis,* tenuis, seu attenuata,	Contrarium et propinquum vitium, Cornificio,	Exile, humi serpens, aridum, et exsangue,
	Mediocris, media seu æqualis,		Fluctuans et dissolutum,
	Sublimis, gravis, seu grandis.		Turgidum, inflatum, et horridum.

Dionysius Halicarnasseus lib. ἐσχηματισμένων Harmoniam orationis sic dividit, et auctores singulis attribuit:

Harmoniæ communis.	*Floridæ.*	*Duræ.*
Homerum Epic.	Hesiodus Epicus.	Antimachus Colophonius, Empedocles Physicus } Epici.
Stesichorus, Alcæus } Melici.	Sappho Melica.	Pindarus Melicus.
Sophocles Trag.	Anacreon, Simonides } Melici.	Æschylus Trag.
Herodotus Hist.	Euripides Trag.	Thucydides Hist.
Demosthenes Orat.	Ephorus, Theopompus } Historici.	Antiphon Politicus.
Democritus, Plato, Aristoteles } Philosophi.	Isocrates Orator.	

Sed hic minuenda opinio est minutorum rhetorum, qui, dum grave paucisque cognitum dicendi et dijudicandi munus suscipiunt, nimium quantum onus sustinent, et in quot se errorum laqueos induunt. De quo genere toto recte dividendi quanta inter Platonem et Aristotelem concertatio? quanta a Theophrasto, ut illud perficiat, contentio adhibetur? ut ante nos diligenter Galenus, medicorum princeps, admonuit. Sic enim vulgares illi:

Humilis oratio, ut philosophorum, et comicorum,

Mediocris, ut historicorum,
Sublimis, ut tragœdiarum, et invectivarum.

At Platonis, philosophorum prope Dei, oratio, ita assurgit, ut M. Tullio, et Halicarnasseo poëma potius, quam oratio soluta videatur. Sic enim Dionysius, criticorum maximus, eleganti illa Epistola ad Cn. Pompeium, (T. VI. p. 764. ed. Reiske.) qui de reprehenso Platonis stylo questus erat, censet, exemplis ex Phædro allatis, a dithyrambicis minime Platonem abhorrere: *ἐν τούτοις γὰρ τῆς λέξεώς τι μόριον τὸ περὶ τὴν τροπικήν τε καὶ διθυραμβικὴν φράσιν ἐκπίπτον· ἐν οἷς οὐ κρατεῖ τοῦ μετρίου κ. τ. λ.* quia et apud Laërtium in Platone Aristoteles orationis ejus ideam inter poëticam et solutam collocat. Phrynichus vero apud Photium nostrum: *Εἰλικρινοῦς τε καὶ καθαροῦ καὶ Ἀττικοῦ λόγου κανόνας καὶ σταθμὰς καὶ παράδειγμά φησιν ἄριστον Πλάτωνά τε καὶ Δημοσθένην.* De comicis autem nemini dubium, quin Terentio, ut refert Agellius, tribuerit *τὸν μέσον χαρακτῆρα* M. Varro, cui et Julius Cæsar gravitatem adscripserat, ut legimus *ἐν προλεγομένοις* Donati. In historicis vero, de Thucydide *ἐπισκεπτέον*, legendusque Suidas in *χαρακτῆρες.* Nam *τὸ ἀξίωμα* in illo elucet, ut observant critici; quod unum genus est idearum magnitudinis Hermogeni rhetorum acutissimo. SCHOTT.

341, 11. *ἰσχνόν.*] Τὸ *ἰσχνὸν* video Diomedem *βραχὺ* appellare, ut *τὸ ἁδρὸν, μακρόν.* Hoc autem intelligendum videtur de tropis, quos et plebeios agnoscunt rhetores, non de illis qui plus justo efferuntur. Notum etiam in bucolicis, quæ hujus generis sunt, multa esse allegorica. NUNNES.

Ibid. 12. *φιλοκατάσκευον σύνθεσιν.*] Videtur appellare *τὴν φιλικὴν*, quæ necessario *ἁπλῆ* esse debet, ut in epistolis fieri oportere Demetrius præter alios docuit. Huic repugnat *τὸ μεγάλας ἔχειν ἐμφάσεις.* NUNNES.

Ibid. 13. *τοῖς γοεροῖς.*] Luctus enim non patitur *κατασκευὴν* illam accuratam Isocratis, nec granditatem illam Pindari. NUNNES.

Ibid. *τοῖς γοεροῖς.*] Non video hoc qui verum sit, nisi fortasse quia luctus curam minuit. Sed *γοεραὶ* multæ elegiæ, et tamen graves, ut et *τὰ παραμυθητικά.* Equidem epistolas M. Tullii consolatorias et *γοερὰς* esse agnosco, nec tamen *ἰσχνῷ* genere, sed grandi plerasque scriptas. Censeo itaquo hoc in loco

legendum potius inversis literis γεωργικοῖς, aut certe γεωργοῖς, quibus, ut pastoriciis et piscatorum poëmatis, nihil aptius tenui genere. Quapropter Virgilius, cum assurgendum illi contra consuetudinem ejus carminis esset, præfatus est, *Sicelides Musæ, paullo majora canamus.* SCHOTT.

341, 15. Ἀνθηρὸν δὲ κατ' ἰδίαν οὐκ ἔστι.] Hoc in Plutarchum apposite dicetur, qui in Homeri vita hoc genus ἀνθηρὸν a ceteris separavit. In eadem hæresi sunt Macrobius et Diomedes. Quin et Demetrius ille auctor περὶ ἑρμηνείας hoc et τὸ δεινὸν a duobus contrariis sejunxit; affirmat tamen, cum utroque τὸ γλαφυρὸν et χαρίεν, quod idem est atque ἀνθηρὸν, posse copulari. M. certe Tullius libro *De optimo genere dicendi* videtur medium illud, quod ipse *modicum* nominat, ἀνθηρὸν intellexisse; nam illi tribuit multa ornamenta et lumina orationis; in quo Demetrium Phalereum floruisse scribit, atque illud expers utriusque contrarii facit. NUNNES.

Ibid. 17. τοπογραφίαις, καὶ λειμώνων καὶ ἀλσῶν] Floridum etiam inter poëmatis characteres (sic enim vocat Plutarchus in vita Homeri) numerat Diomedes lib. iii. Instit. Gramm. p. 481. *Poëmatis*, inquit, *characteres*, βραχὺς, μέσος, καὶ ἀνθηρός. Sed hic auctor magno alioqui subsidio futurus, monstrose nimis, in Græcis præsertim, depravatus est. Ceterum et hæc poëtarum fuisse argumenta, his auctoribus discere licet: Virgil. Eclog. IV. 3. Horat. A. P. 14. sqq. Persius Sat. I. 68. seqq. Juvenal. Sat. I. 7. sq. SCHOTT.

342, 1. ἀποσφαλέντες.] Auctor ad Herennium lib. iv, Rhetoricorum: *Erit et attenuata verborum constructio quædam, et item alia in gravitate, alia posita in mediocritate. Est autem cavendum ne, dum hæc genera consectamur, in finitima et propinqua vitia veniamus &c.* SCHOTT.

Ibid. εἰς τὸ σκληρὸν καὶ ἐπηρμένον.] Demetrius hoc vitium ψυχρὸν nominat. Auctor ad Herenn. *turgentem et inflatam orationem* hanc dicit, et verbis duriter aliunde translatis eam fieri voluit. Dionysius Longinus et alii his finitima afferunt. NUNNES.

Ibid. 3. εἰς τὸ ταπεινόν.] Demetrius ξηρὸν vocat. Auctor ad Herennium, *Aridum* et *exangue*, quod et *exile* nominari non esse alienum ait. NUNNES.

342, 3. ἀργὸν καὶ ἐκλελυμένον.] Sic auctor ad Herennium, *Fluctuans et dissolutum.* NUNNES.

Ibid. 5. διαλαμβάνειν δ' ἐν ᾧ] Corruptus locus. Quid si διαλαμβάνει δ' ἐν τῷ β. quasi superiora sint ex lib. i. Procli: quæ sequuntur ex secundo excerpta; nam ex tertio et quarto nihil repetitum. NUNNES.

Ibid. 6. Καὶ ὅτι τῆς ποιητικῆς, τὸ μέν ἐστι διηγηματικὸν, τὸ δὲ μιμητικὸν] At Plato de Repub. III. p. 394 B. ed. H. St. cujus tu, Procle, sectam sequeris, tria facit genera poëseos. Unum, διὰ μιμήσεως, qualis comœdia et tragœdia: alterum, δι' ἐπαγγελίας μόνης τοῦ ποιητοῦ, tale dithyrambicum: tertium, ex utroque genere conflatum, cujusmodi epicum. Aristoteles etiam in Poëticis tres differentias facit poëseos, ex modo vario quo fit imitatio: unam, ἀπαγγελτικήν: alteram, in qua omnes qui imitantur πράττοντες καὶ ἐνεργοῦντες inducuntur, quæ recte a grammaticis Græcis et Latinis δραματικὴ nominatur: tertiam, ex utraque concretam. Mitto gregem grammaticorum, qui eandem sententiam sequuntur; quamquam in eo videntur ab Aristotele multum dissentire, quod suo dramatico, aut exegetico subjiciunt παραγγελτικὴν ποίησιν (sic enim apud Diomedem reponendum puto) historicam, et didascalicam, quas diserte negat Aristoteles poëmata esse, quia non imitantur, quod proprium est poëtæ, sed monent tantum, aut narrant, aut docent. Ex his perspicuum fit, frustra torqueri explanatores Poëticorum Aristotelis, quasi a magistro Platone in his discesserit; cum Plato genus ἀπαγγελτικὸν, ut dithyrambum, videatur imitatione privasse, Aristoteli autem non sit poëta, nisi is qui imitatur. Non enim vident μίμησιν a Platone vocari κατ' ἐξοχὴν eam tantum quæ fit παρὰ τῶν δρώντων: apud Aristotelem vero latius patere: cui imitatio etiam est ea quæ fit rhythmo tantum, ut ψιλὴ ὄρχησις, et quæ fit rhythmo et harmonia: cujusmodi erant chori dithyrambici, quamquam non inducerentur πράττοντες. Hæc genera characteres vocantur in prolegomenis Theocriti. Quanto prudentius Aristoteles, qui nec genera quidem illa nominavit, sed differentias. Sed o miseros ἀμεθόδους, quam multis laqueis irretiti tenentur, quibus nullo se consilio explicare possunt! quam vere dignum immortalitate ingenium Aristotelis! qui vidit, τὰ γένη καὶ εἴδη

κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν πολλῶν sumi oportere, tum differentiis distinguenda esse. Sic ille in animalium disputatione piscem, avem, hominem, et cetera proposuit; quorum differentias post persequitur. Sic et Theophrastus in stirpibus quatuor illa sumit, δένδρα, θάμνους, φρύγανα, πόας. Ita Aristoteles in Poëticis πρῶτα καὶ μέγιστα tantum illa tria adfert vulgo nota, epopœiam, tragœdiam, et comœdiam. Reliqua namque verius horum μέρη, ἢ ἀποσπασμάτια, aut certe ex his concreta: sed de his alibi. Dixerit aliquis, quorsum hæc disputatio? Quorsum? Primo, ne quis sibi falso persuadeat hæc genera esse poëticæ, ut videtur Proclus significare, qui in multos errores eum induceret: deinde, quod permagni hoc loco intersit, aliter τὸ διηγηματικὸν a Proclo atque a reliquis accipi. Proclo etenim diegematicum est κατ' ἀπόφασιν, quod non est mimeticum, sive dramaticum: ceteris quod nec dramaticum est, neque mistum aut commune. Quam recte Aristoteles irridet in Platonicis studium illud τῆς διχοτομίας lib. I. de partibus Animalium. Ut illuderet, si revivisceret, idem τοῖς πανσόφοις hujus seculi, qui omnium artium explicationem ταῖς ἀλληλουχίαις τῶν διαιρέσεών τε καὶ ὑποδιαίρεσεων, tamquam σκελετὸν quoddam a medicis conglutinatum oculis subjiciunt. Sed quid σκελετὸν dico? immo ut monstrum illud Horatianum, aut si quid deformius potest excogitari. Sed ne longius a Proclo abeamus. NUNNES.

342, 7. τὸ μέν ἐστι διηγηματικὸν] Eadem fere apud Diomedem lib. III. Gramm. divisio poëticæ. Aristoteles vero diserte, ex differentiis modorum, quibus imitantur poëtæ, elicit hæc tria genera: ἀπαγγελματικὸν, μιμητικὸν, atque tertium illud ex utroque concretum. SCHOTT.

Ibid. 8. τὸ μὲν διηγηματικὸν ἐκφέρεται] Species diegematicæ quatuor facit, epicam, iambicam, elegiacam, et melicam; quam recte aliorum esto judicium. Diomedes has subjicit generi communi, seu misto, et præterea Satyram Latinorum, et Bucolica. In scholiis Theocriti Bucolica ad tria genera referuntur, quod etiam Servius sequi videtur. Quam discrepantes hominum sententiæ! Tzetzes uterque cautius, qui innumerabilia genera poëmatum fecerunt. NUNNES.

Ibid. 10. διὰ τραγῳδίας, σατύρων τε, καὶ κωμῳδίας] De tragœdia atque comœdia, qua conveniunt, qua discrepant inter se,

et a Satyris, multa apud Aristotelem, (quamquam magna ejus pars intercidit,) in Poëticis legas, et nonnulla in prolegom. Is. Tzetzæ in Lycophronis Alexandram, et interprete Terentii. Ceterum de Satyra, nemo, quem viderim, legerim, audierim, satis accurate. Errant enim, et vehementer errant, qui nuperam illam Latinorum Satyram, quæ in manibus est puerorum, ex prisca comœdia natam, cum veteri Satyra, de qua hic sermo, et Sicinnis olim etiam vocabatur, temere confundunt. Disces de veteri Satyra ex Julio Polluce Onomast. IV. 14. 18. 19. ex Athenæo I. c. 16. XIV. c. 12. Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. III. extr. Plutarch. v. Caton. Arrian. de rebus Indicis p. 523. ed. Blanc. Laërtio in Platon. III. 56. Menedem. II. 133. de Achæo. Eustath. Od. σ'. p. 1850, 35= 673, 17. Inter Latinos vero, ut et hi symbolam conferant, ex Livio VII. init. Valerio Max. II. 4. Vitruvio V. 8. Diomede lib. III. Gramm. p. 482. et priscis Horatii interpretibus in Artem poëticam.

Qui vero Satyram fabulam docuerint, hos fere Athenæus suggessit: Achæus Eretriensis, Anaxandrides, Astydamas, Chamæleon Heracleotes Ponticus, Ecphantides, Lycophron Chalcidicus, (de quo Gul. Canterus Nov. Lect. VI. 17.) Phrynichus, Sophocles, Sophron, Sulla Rom. Imperator, Timocles, et Alexander Rex (XIII. p. 586 D.) Unum Pratinam nominat Satyricum Isacius Tzetza in Prolegom. ad Cassandram Lycophronis. Ælianus V. H. II. 8 de Euripidis satyris (cujus et Cyclops extare in hoc genere creditur) et Xenoclis: idem et de Satyris, Tityris, et Silenis V. H. III. 40. Cum hoc pridem adnotassem, comperi post Is. Casaubonum præclare multa de Satyra Græca et Latina observasse. SCHOTT.

[Ibid. De Tragœdia quædam protulit Villoisonus Anecd. Gr. p. 178. ex Diomedis MS. Commentario in Dionysium Thracem. Nos ipsi nonnulla dabimus de Comœdia ad fidem MS. Barocciani 116, fol. 29 b.[c] *Κωμῳδία λέγεται τὰ τῶν κωμικῶν ποιήματα, ὡς τὰ τοῦ Μενάνδρου καὶ Ἀριστοφάνους καὶ Κρατίνου, καὶ τῶν ὁμοίων·* [d]*εὑρέθη δὲ ἡ κωμωδία, ὥς φασιν, ἔκ τινος τοιαύτης αἰτίας. Βλαπτόμενοί τινες γεωργοὶ παρὰ τῶν πολιτῶν τῶν ἐν Ἀθήνῃσι, καὶ θέλοντες ἐλέγχειν αὐτοὺς, κατῄεσαν ἐν τῇ*

[c] Eadem edidit Bekkerus Anecd. p. 747. cujus varr. lectt. subjeci litera B. notatas.

[d] *ἐφευρέθη* B.

πόλει, καὶ [e]περὶ τὸν καιρὸν τοῦ καθεύδειν περιϊόντες περὶ τὰς ἀγυιὰς ἔλεγον [f]ἀνωνύμως τὰς βλάβας [g]αὐτῶν. Ἵνα δὲ σαφέστερον εἴπωμεν, τοιαῦτά τινα ἐβόων· ἐνταῦθα μένει τις, τάδε καὶ τάδε καὶ τάδε [h]ποιῶν τισὶ τῶν γεωργῶν, καὶ οὐ [i]μικρὰς τινὰς βλάβας ἐπιφέρων αὐτοῖς, ὥστε τοὺς γειτνιῶντας ἀκούοντας, ἡμέρας [k]γενομένης, πρὸς ἀλλήλους λέγειν [l]ἃ νύκτωρ παρὰ τῶν γεωργῶν ἤκουσαν. Ἐπονείδιστον δὲ ἦν τῷ [m]ἀδικοῦντι· τὸν δὲ ἐμφανιζόμενον τοῖς [n]ἐπὶ τῆς πόλεως αἰδεῖσθαι, καὶ παύεσθαι τῆς τοιαύτης ἀδικίας. Τούτοις πολλάκις παρακολουθήσαντες [o]πολλοὶ τῶν ἀδικούντων ἀνέστειλαν. Ὅθεν τοῖς τῆς πόλεως ἔδοξεν ἐπ' ἀγαθῷ γεγονέναι τὸ ἐγχείρημα τῶν κωμικῶν, καὶ ἀναζητήσαντες αὐτοὺς ἠνάγκασαν καὶ ἐπὶ θεάτρου τοῦτο ποιεῖν. Οἱ δὲ αἰδούμενοι, μᾶλλον δὲ φοβούμενοι, [p]τρυγὶ περιχρίοντες αὐτῶν τὰς ὄψεις, οὕτως [q]εἰσίεσαν. Καὶ ἔτι μᾶλλον ἐλεγχομένων τῶν ἀδικούντων ἐπὶ [r]θεάτρῳ, ἀνοχὴ τῶν ἀδικιῶν ἐγένετο, τῆς αἰδοῦς ἔτι συνοικούσης τοῖς ἀνδράσιν. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, τῆς πόλεως τὸ ἐγχείρημα [s]καλῶς ὑπάρχειν, καὶ λογίους ἄνδρας αὐτὸ μετιέναι. Πρῶτον οὖν [t]Σουσαρίων τὶς τῆς ἐμμέτρου κωμῳδίας ἀρχηγὸς ἐγένετο, οὗ τὰ μὲν δράματα λήθῃ [u]κατανεμήθησαν, δύο δὲ ἢ τρεῖς ἴαμβοι τοῦ δράματος ἐπὶ μνήμῃ φέρονται· εἰσὶ δὲ οὗτοι·

ἀκούετε [x]λέξεως, Σουσαρίων τάδε λέγει

[e] παρὰ B.
[f] ἀνωνυμεὶ B.
[g] ἃς ἔπασχον ὑπ' αὐτῶν B.
[h] τισὶ ποιῶν B.
[i] μετρίας B. om. τινας.
[k] γινομένης B.
[l] ἅτινα B.
[m] ἀδικοῦντι τόδε, ἐμφ. B.
[n] ἐπὶ om. B. et mox ὥστε αἰδεῖσθαι, qui ex alio ms. enotavit, ἐπονείδιστον ποιεῖν τὸν ἀδικοῦντα· τὸν δὲ ἐμφανῆ γενόμενον τοῖς τῆς πόλεως αἰδεῖσθαι.
[o] ἄλλοι πολλοὺς B.
[p] τρυγίᾳ B.
[q] εἰσῄεσαν B.
[r] θεάτρου B.
[s] καλὸν B.
[t] Σουδαρίων hic et inf. B.
ib. Bentleius Dissert. Phalarid. p. 202. sive p. 109. versionis Lennepianæ: "Sunt, fateor, quinque versus iambici, qui Susarioni adscribantur, et forte re vera sunt ejus:

ἀκούετε λεώς· Σουσαρίων λέγει τάδε,
υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος·
κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
καὶ γὰρ τὸ γῆμαι, καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

"Exstant quatuor versus antecedentes in commentario Diomedis Scholastici in Dionysium Thracem MS. qui nunc est in bibl. Regia; ultimus, cum tribus aliis apud Stobæum tit. LXVII. primus, tertius, et quartus, apud Diomedem, III. p. 486. ac tertius et quartus apud Suidam v. οὔτε σύν. Secundum v. emendavit Pearsonus, Vind. Ignat. ii. 11. nam valde corruptus est in MS. Sed in primo versu, ut edidit ille,

Ἀκούετε λέξεως, Σουσαρίων τάδε λέγει,

duo vitia sunt, contra numerum versus iambici. Quod mendum ut elueretur, pro λέξεως in Diomede repositum est λέξιν. Sed verum est, Ἀκούετε λεώς, ut est apud Stobæum, i. e. *Audite, populus, &c. &c.*"
[u] κατενεμήθη B.
[x] λεὼς B. et mox λέγει τάδε.

υἱὸς Φιλίνου [y]*Γεγαρόθου τριποδίσκος.*
κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

Ἀρχὴν οὖν δεξαμένου τοῦ πράγματος πολλοὶ γεγόνασι κωμῳδοί, ἐλέγχοντες τοὺς κακῶς βιοῦντας, καὶ τοὺς ταῖς ἀδικίαις χαίροντας, ἀναστέλλοντες τὰς ἀκαίρους καὶ ἀδίκους αὐτῶν πράξεις, καὶ [z]ὠφέλουν κοίνῃ τὴν [a]πόλιν τῶν Ἀθηναίων. Ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν παράνομον ἐπὶ τὰ χερείονα νικᾷ, τὸ δὲ καλὸν τάχεως ἀφίπταται τῆς τῶν ἀνθρώπων πολιτείας, οὐ μετὰ πόλυν χρόνον οἱ ἄρχοντες Ἀθήνῃσιν ἤρξαντο κωλύειν τοὺς κωμικοὺς [b]τοὺς φανερῶς οὕτως καὶ ὀνομαστὶ ἐλέγχειν τοὺς ἀδικοῦντας· αὐτοὶ γὰρ θέλοντες ἀδικεῖν καὶ μὴ ἐλέγχεσθαι τούτου χάριν ἐπετίμων αὐτοῖς. Ὅθεν ὥσπερ αἰνιγματωδῶς καὶ οὐ φανερῶς [c]ἠλέγχοντο ὑπὸ τῶν κωμικῶν. Ἔτι δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖον προϊούσης καὶ [d]κρατούσης τῆς κακίας, ἐκωλύθησαν τοῦ [e]καὶ αἰνιγματωδῶς ἐλέγχειν καὶ ὑβρίζειν [f]τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως. Διὸ καὶ τρεῖς διαφορὰς ἔχειν ἔδοξεν ἡ κωμῳδία. Καὶ ἡ μὲν καλεῖται παλαιά, ἡ ἐξ ἀρχῆς φανερῶς ἐλέγχουσα, ἡ δὲ μέση [ff]τὶς καὶ αἰνιγματώδης, ἡ δὲ νέα μηδόλως τοῦτο ποιοῦσα πλὴν ἐπὶ δούλων ἢ ξένων. Καὶ τῆς μὲν παλαιᾶς πολλοὶ γεγόνασι, ἐπίσημος δὲ Κρατῖνος, ὁ καὶ πραττόμενος· μετέσχον δέ τινος [g]χρόνου τῆς δὲ παλαιᾶς κωμῳδίας Εὔπολις τε καὶ Ἀριστοφάνης. Τῆς δὲ μέσης καὶ [h]αὐτοὶ μὲν πολλοὶ γεγόνασιν, ἐπίσημος δέ τις [i]Πλάτων, οὐχ ὁ φιλόσοφος, ἀλλ' ἕτερός τις. Ὁμοίως κἀκείνου τὰ δράματα οὐ φαίνεται. Τῆς δὲ νέας ὁμοίως πολλοὶ γεγόνασιν· ἐπίσημος δὲ ὁ Μένανδρος, ὃς ἄστρον ἐστὶ τῆς νέας κωμῳδίας, ὡς μεμαθήκαμεν. Εἴρηται δὲ κωμῳδία οἱονεὶ ἐπὶ τῷ κώματι ᾠδή, καὶ γὰρ περὶ τὸν καιρὸν τοῦ ὕπνου [ii]ἐφευρέθη· ἢ ἡ τῶν κωμητῶν ᾠδή· κῶμαι γὰρ λέγονται οἱ μείζονες ἀγροί. Ταύτην οὖν τὴν κωμῳδίαν δεῖ βιωτικῶς ἀναγινώσκειν, τουτέστιν ὡς ἐν τῷ βίῳ, μιμουμένους τὸ [j]παρεισαγόμενον πρόσωπον, καὶ τὴν ἐκείνου σχέσιν ἀναματτομένους. Δεῖ δὴ οὖν τῷ τὴν κωμῳδίαν ὑποκρινομένῳ μετὰ γέλως καὶ πολλῆς ἀστειότητος καὶ πολλοῦ τοῦ προσώπου φέρεσθαι· ἢ βιωτικῶς, κατὰ μίμησιν τοῦ βίου, ἵνα, ἐὰν μὲν ὑπόκειται γέρων, μιμησόμεθα τὴν φωνὴν τοῦ γέροντος, ἡ (l. εἰ) δὲ γυνή, μιμησόμεθα τὴν φωνὴν τῆς γυναῖκος. Διαφέρει δὲ κωμῳδία τραγῳδίας ὅτι ἡ

[y] Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος B.
[z] ὠφελοῦντες B.
[a] πολίτειαν B.
[b] τοῦ μὴ B.
[c] ἐλέγχονται B.
[d] ἐπικρατούσης B.
[e] καὶ om. B.
[f] τοὺς κρατοῦντας καὶ ἄρχ. B.
[ff] τις om. B.
[g] χρόνου τῆς π. B.
[h] αὐτῆς B.
[i] Πλάτων τις B.
[ii] ἐφ. κῶμα γὰρ ὁ ὕπνος B.
[j] παρεισάγον] παρεισαγόμενον B.

μὲν τραγῳδία ἱστορίαν καὶ ἐπαγγελίαν ἔχει πράξεων γενομένων· ἡ δὲ κωμῳδία πλάσματα περιέχει βιωτικῶν πραγμάτων.]

342, 10. Recte Proclus, sed Aristot. rectius, qui κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ὡς μέγιστα μέρη καὶ πρῶτα seposuit. De satyro vero, qui tragœdia παίζουσα est, ut de concreto ex utraque in extremo fortasse libro secundo disputavit: sed, quod dolendum vehementer est, et illa Aristotelica de comœdia et satyro, atque hæc Procli de eodem argumento perierunt; quæ si extarent, minuti isti philologi satyram Romanam non confunderent turpiter cum satyro Græcorum. Nam primo satyra apud Romanos fuit carmen ex variis poëmatibus, ut ait Diomedes: quale scripserunt Pacuvius, Ennius; simile fortasse Chæremonis Hippocentauro. Deinde carmen illud maledicum, imago parva antiquæ comœdiæ, sed quæ pulpita non conscendit, et ornatu incedit graviori, heroico scil.: satyrus autem Græcorum plane est Cyclops Euripidis: licet multæ ejusmodi fabulæ a Græcis tragicis editæ legantur, quorum tantum nomina apud grammaticos legimus. De hoc satyri genere Græco Horatius, et ex Horatio Diomedes. NUNNES.

Ibid. 11. καὶ ὅτι τὸ μέλος πρῶτον μὲν] Hic disputat de quatuor generibus diegematici, eo ordine quem proposuerat. Ordo quidem legitimus, si originem metricam spectemus. Nam cum duo capita sint et quasi fontes omnium metrorum, heroicum et iambicum, ut metrici disputant, ex heroica penthemimeri iterata nata est elegia, ex epodis autem iambicis lyricorum carminum varietas profecta videtur. Eundem ordinem et causam illius præfert auctor illius fragmenti, quod Censorini de die Natali libello adhæret, tibi, mi Schotte, a Lud. Carrione I. C. inscriptum, et a nobis etiam illustratum. Sed quid de Diomede? qui primam item facit epicam, secundam tamen lyricam, (etsi totus ille locus depravatus et mutilus plerisque locis videtur,) tertiam elegiacam, quartam iambicam. Metrici alii alium ordinem secuti. Sed quid metris cum poëmate? Poëmatis enim vis et natura non in metro, sed in imitatione consistit, ut docet Aristot. qui propterea prudentius de tragœdia prius disseruit: e qua detractis duabus partibus, intelligitur, ut fiat epopœia: tum de comœdia, quæ numero partium simillima tragœdiæ. Ad extremum de ceteris, ut suspicor: quia ex illis tribus, qualia sint facillime

percipitur, cum aut illorum ἀποσπασμάτια sint, aut certe ex illis fiant et proficiscantur. Ac de ordine satis. NUNNES.

342, 11. τὸ μέλος πρῶτον μὲν ἐφεῦρε Φημονόη] Libenter reponerem ἔπος: nisi quis dicat, τὸ μέλος ἀντὶ ταῦ ἔπους γενικῶς positum: quod vix mihi umquam probabitur, quia prisci τοὺς ἐποποιοὺς maxime opponebant lyricis, ut refert Eustathius. Phemonoës nescio quod κυνοσόφιον olim legi circumferri: numquam in illud incidi, nec in aliquem qui illud carmen laudaret. Cetera nota ex philologis et aliis scriptoribus. NUNNES.

Ibid. 11. Φιμονόη ἡ Ἀπόλλωνος] Sic erat in veteri cod. Plurima enim, licet exiguum sit ἀποσπασμάτιον, κακ' ἀράχνια ἔχειν deprehendi. Restituo tamen Φημονόη per η in prima, etymon et Pausaniæ fidem secutus, qui de hac in Phocicis: X. 5. p. 809. μεγίστη καὶ παρὰ πλείστων ἐς Φημονόην δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὰ ἑξάμετρα ᾖσε. Mox ejusdem oraculum hoc consulentibus datum senariis longioribus apponit, ἀγχοῦ δὴ βαρὺν ἰὸν ἐπ' ἀνέρι Φοῖβος ἐφήσει Σίντῃ Παρνησσοῖο· φόνου δὲ Κρήσιοι ἄνδρες Χεῖρας ἁγιστεύουσι, τὸ δὲ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται. Donatianus vero sic in re metrica: *Hexametrum carmen, quod Ennius longum vocat, Græci Deliacon; quia hoc genere Phemonoë, Apollinis vates, vaticinata est.* De Ennio vero idem refert M. Tullius Legg. II. 27. Heroicos versus *longos* appellasse, et Ovid. Eleg. III. *et longis versibus adde breves.* Servius in Virgil. Æn. III. 46. et ex eo Isidorus Etymol. VIII. 8, inter Sibyllas hanc numerat, et Horatii interpres vetus in illud Artis Poëticæ, *Dictæ per carmina sortes.* Quo refero et illud Tibulli II. 5. *Te duce, Romanos numquam frustrata Sibylla est, Addita quæ senis fata canit pedibus.* Plinius vero Apollinis non fatidicam tantum vatem, sed et filiam facit X. 3 et 8, quæ primum hexametrum carmen commenta sit: idemque Pythio oraculo heroicum carmen acceptum referri debere VII. 56. auctor est: in cujus codd. male quoque *Phœmonoë* cum *œ* diphthongo in prima legitur. Eusebius in Chronicis, annis xxv ante Linum, et Orpheum, Acrisio oracula cecinisse refert. Huic certe Pythii illud quidam attribuunt, γνῶθι σεαυτόν: quod e cœlo descendisse satyricus (Juvenal. XI. 27.) ait, laudatque M. Tullius Legg. I. 22. Tuscul. I. 22. Meminit et Phemonoës Strabo IX. p. 642=608. in Pythii oraculo his verbis: πρώτην Φημονόην φασὶ γενέσθαι

Πυθίαν, κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν προφῆτιν οὕτω καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι. Synesius item, et Tatianus adversus gentes. Latinorum quoque poëtæ, Lucanus V. 126. et Statius Papinius Silv. II. ii. 39. sed non pigebit Hieron. Vidæ elegantes versus huc transferre, Poët. I. *Sed nullum e numero carmen præstantius omni Quam quo post divos heroum facta recensent: Versibus unde etiam nomen fecere minores, Munere concessum Phœbi venerabile donum, Phemonoes, quæ prima dedit, si vera vetustas Ex adyto haud aliis numeris responsa per orbem.* SCHOTT. v. Santen. ad Terent. Maur. p. 139. Porphyr. ap. Stob. 21,26.

343, 1. ἑξαμέτροις χρήσμοις] *Hexametris* reddidi, retenta voce Græca, potius quam *senariis*, quibus fere iambica designantur: et Cicero ab illa voce non abhorret. Sic enim De Oratore III. 50. *Antipater ille Sidonius solitus est versus hexametros aliosque variis modis numerisque fundere ex tempore.* SCHOTT.

Ibid. 3. ἔπος κληθῆναι] Ab εἰπεῖν, ἔπος, ut et Latini a *dicere*, *dictionem* derivant. Propria quidem oratorum *dictio*, est enim bene dicendi facultas; sed et jurisconsultorum est, *jus dicere:* geographorum pro *describere.* Pomponius Mela sic orditur: *Orbis situm dicere aggredior, impeditum opus, et facundiæ minime capax.* Tum et poëtarum est: Horat. Carm. I. *Diceris Vario fortis, &c.* Idem alibi, *Prima dicte mihi, summa dicende Camœna.* Homerus Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα, et Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, *Dic mihi Musa virum.* Et apud Agellium XVIII. 9. Ennius: *Insece Musa manu Romanorum induperator*, ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι καὶ εἰπεῖν. Maro: *cui non dictus Hylas. Diductum dicere carmen.* Dictio ergo quod τὸ ῥητὸν aut ῥῆσις Græce: cui accidit, aut, quod Græce melius dicitur, κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχει, esse oraculum, ut, species generi συμβαίνει, ut animali hominem esse. Horat. *Dictæ per carmina sortes.* Et poëta vetus in Armorum judicio, apud auctorem ad Herennium II. 26. *Aperte fatur dictio, si intelligas: Tali dari arma, qualis, qui gessit, fuit, Jubet, potiri si studeamus Pergamo.* Lege, si vacat, J. C. Scaliger. Poët. I. 41. Turnebi Adversar. XXX. 1. SCHOTT.

Ibid. 7. ὁ Ὅμηρος ποιητὴν] Nimirum κατ' ἐξοχήν. Seneca Ep. 58. Theophilus antecessor lib. I. Institut. tit. de Jure nat. gentium, et civili: ἡνίκα ποιητὴν εἰπόντες, καὶ μὴ προσ-

θέντες τὸ κύριον ὄνομα, παρ' Ἕλλησι μὲν δηλοῦμεν τὸν Ὅμηρον, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τὸν Βιργίλλιον. Eadem fere de epicis poëtis Isacius in Alexandram Lycophronis. SCHOTT.

343, 8. ἐπεὶ καὶ τρίμετρα ἔπη προσηγόρευον] Quin et omne genus carminis hoc nomine olim appellatum observat interpres Aristophanis ἐν Ἱππεῦσι v. 39. et Eustathius quosvis poëtas vulgo ἐποποιοὺς nominatos: ab elegantioribus autem solos heroicos eo nomine comprehendi. Idem tamen Scholiastes Aristophanis ἐν βατράχοις observat, cum de Euripide loquitur, ἐπῶν nomen positum ἀντὶ τῶν ἰαμβείων, quod hoc nomine iambi etiam appellarentur. Ex his illustrari posse videtur locus ille Aristotelis in Poëticis, cum disputat de nominibus poëtarum, quæ vulgus Græcum ἐκ τοῦ ποιεῖν καὶ τοῦ μέτρου componens, quosdam ἐλεγειοποιοὺς, alios ἐποποιοὺς vocabat, cum proxime τῶν τριμέτρων etiam meminisset, qui κατ' ἐξοχὴν iambici sunt. NUNNES.

Ibid. 10. Πίσανδρος] Sic amplius est in schedis F. Sylburgii. Quinque autem, non quatuor, heroici carminis principes numerat uterque Tzetzes, Scholiastæ diligentissimi. Joannes quidem proleg. Hesiodi, Isacius vero in Cassandram Lycophronis; Homerum, puta, Hesiodum, Antimachum Colophonium, Panysim (lego Panyasim) et Πείσανδρον Καμιρέα, cujus etiam meminit Stephanus in Κάμιρος. De Antimacho et M. Tullius in Bruto, ubi *Clarium* emendavit Lambinus pro *Clarum*, nam Claros in insula Colophone urbs est. Ovid. Trist. I. vi. 1. *Nec tantum Clario Lyde est dilecta poëtæ: Nec tantum Coo Battis amata viro.* SCHOTT.

Ibid. 12. τινὰς ἐπιμέτρους πράξεις] Quale illud certamen vulgo notum Homeri et Hesiodi. NUNNES.

344, 1. ἐπικοῦ κύκλου] Τὸ κύκλου nomen ambigue dici ἐπὶ τῶν ἐπῶν Aristoteles testis Anal. Poster. I. 9. [p. 215. ed. Sylb.] et alibi. Philoponus lib. I. Poster. [p. 34 b.] multa colligit de significatione hujus nominis in carminibus, sed quod ad hunc locum pertinet illud est: [p. 35, 3.] ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον ὃ ποίημα τινὲς μὲν εἰς ἑτέρους, τινὲς δὲ εἰς Ὅμηρον ἀναφέρουσι. Κύκλια apud Aristophanem plerumque pro dithyrambicis tantum, propter genus chori quo utebantur; unde et κυκλιοδιδάσκαλοι Cinesias, Philoxenus, et alii dithyrambici ab illo appellati. Sed hæc significatio nil ad hunc

locum, licet illam ad omnia lyrica producat Tzetzes in Chil. quam et maxime propriam τῶν ἐγκυκλίων significationem esse voluit. Multo autem magis ab hoc loco aliena, quæ idem docet ex Porphyrio de Vitis philosophorum, nomine isto contineri ἐγκυκλοπαιδείαν, hoc est, quas vulgus *Liberales* appellat septem artes, et præterea philosophiam. De hac ἐγκυκλοπαιδείᾳ edidit libellum elegantissimum flos patriæ et ornamentum Octavianus Ferrarius, de quo quid sentiam, alibi exponam. Ita interpres Aristoph. Nub. 638. κυκλικὰ μαθήματα vocat metricam, et rhythmicam, et alias. Sed videndum, an apud eundem ἐν ταῖς Ὄρνισι 919. intelligi possit hoc genus poëmatis, de quo nunc loquitur Proclus, cum ait, κύκλια δὲ καλοῦνται μέλη τὰ ἐπεκτεταμένα, ἐστὶ δὲ διηγηματικόν. Nam hoc genus poëmatis, ut hic ait Proclus, a Chao ad reditum usque Ulyssis perpetua serie historiarum et temporum perducebatur, atque erat διηγηματικόν. Illud torquet, quod μέλη appellet, sed potuit γενικώτερον τὸ μέλη usurpari. Alia item erant ἐγκύκλια φιλοσοφήματα, de quibus Aristoteles de Cœlo I. [9. p. 25.] et Simplicius. Domum redeamus. Utinam extaret hoc genus poëmatis epici. Videtur Ovidius illud adumbrasse ἐν ταῖς μεταμορφώσεσι: progreditur tamen ultra reditum Ulyssis, et multa intermittit. Possent hæc expleri a viris doctis ex Apollodori et Diodori Bibliothecis, et aliis. Hoc optare est, non notas adscribere. NUNNES.

344, 4. ἑκατοντάχειρας] Æolicῶs, ut annotat incertus Homeri Scholiastes. Familiare namque Æolibus ἐπένθεσιν adhibere, ut docent qui de Dialectis scripserunt. Ἑκατόγχειρον vocat Briareum Homerus, unum ex tribus Gigantibus, Cœli Terræque filiis, de quo Virgil. Æn. VI. *Et centumgeminus Briareus.* Hesiodus Theog. 149. Apollodorus init. Horatius Od. II. 17. Ovid. Trist. IV. vii. 18. *Centimanumque Gyen, semibovemque virum.* De quo Nasonis carmine, similibusque, nuper disserui notis uberioribus in Suasorias Senecæ Patris. Illud ἐν παρόδῳ admonebo, in libris, qui in vulgus editi circumferuntur, depravate fere legi in his locis *Gyges* pro *Gyes*, ut Lambinus et Muretus admonent. Κοῖος item pro Κόττος, et Γύης leg. ex Apollodori Bibliothecæ principio apparet. Torrentius vero noster *Gigas* etiam suo in Horatium commentario tuetur. SCHOTT.

344, 4. καὶ τρεῖς ἑτέρους Κύκλωπας] Quorum nomina ibidem recenset Hesiodus. Virgil. Æn. VIII. 425. SCHOTT.

Ibid. 5. τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα] Græcia enim fabulosos deos primum superstitiose coluit, et quidem quos ex hominibus natos vitiisque diffluere non ignoraret. Hinc Juvenal. Sat. 10. *Et quicquid Græcia mendax Audet in historia.* Hinc et Cretenses mendaces habiti, vel Epimenide Cretensi teste, quod Jovem apud se natum jactarent, sepulchrumque ostenderent. De horum fide, vanitate, Cicero ad Q. Fratrem: *Totque proverbia in mundo sunt. Sed in Diis fingendis poëtis usa est, tamquam figulis peritissimis:* qua de re qui adversus Gentes pro Christianorum fide decertarunt, multi multa: Tertullian. Apologet. c. 14. B. Cyprianus, Arnobius libris septem, totidemque Lactantius, ejus discipulus, stylo tamen præstantior, Minutius Felix in Octavio, octavus Arnobii liber falso olim habitus, et alii. De Græcis vero, Clemens Alexandrinus, quem studiose imitatur Arnobius: Justinus, philosophus et martyr, Gregor. Naz. in στηλιτευτικοῖς contra Julianum imperatorem παραβάτην: Tatianus, Eusebius Pamphili, Theodoretus, Theophilus, ceterique. Plutarchus item in Erotico, deorum architectos fuisse poëtas, philosophos, et legislatores diserte docet. Apud illos vero scriptores Græcos hodie passim peccatur, dum τοὺς Ἕλληνας *Græcos* potius vertunt, quam *Gentes,* vel *Gentiles,* quibuscum digladiantur ipsi Græci; quod propter imperitiores moneo. In hoc genere fictorum deorum opus conscripsit, ut suo ipsi gladio confodiantur, (Lucianum enim, ut impium, prudens prætereo,) [k] Palæphatus Parius, vel ut quidam malunt, Prieneus, περὶ ἀπίστων, hoc est, incredibilium historiarum: de quo Virgil. in Ciri, 87. *Infamem tali meritorum more fuisse Docta Palæphatia testatur voce papyrus.* Priorem versum emendat Paullus Leopardus Belga X. 24. *Infamem tali merito rumore fuisse.* In altero vero Fabricius et Jos. Scaliger *Pachynus* reponunt, pro poëmate aliquo Palæphati; ego vero editam lectionem retineo restituta in possessionem suam, ex edicto *unde vi,* vera et prisca scriptura, *papyrus.* Palæphatum enim poëtam fuisse, superstitibus præsentibus, non facile evincent: sed grammaticum unum, histo-

[k] Vide Fabricii Bibl. Gr. I. 21.

ricum alterum, et nescio utrum *χρησμολόγον*, hoc est, *μάντιν*, vatem: tertium denique philosophum Peripateticum, vel, si Isacio Tzetzæ in Lycophronem fidem habebimus, Stoicum: ut idem huic accidisse videatur, quod Phormioni, quem M. Tullius de Oratore II. 18. in Peripateticam familiam refert, Stobæus in Stoicam. Τὰ *μυθολογικὰ* sunt *ἄπιστα*, de quibus ille scripsit; atque in fragmento quod exstat illius, Scyllæ fabula legitur. Citant, ut idoneum auctorem, Athenæus, Suidas, et Eustathius in Od. T. p. 1859=688. Theon item in Progymnasm. c. 6. Παλαιφάτῳ τῷ Περιπατητικῷ ἐστὶν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται. SCHOTT.

344, 9. *ὑπὸ τοῦ παιδὸς* Τηλέγονος] Male erat in veteri Τελέγονος, qui imprudens patrem Ulyssem interemit, pastinacæ piscis telo, a Circe matre venefica accepto. Qua autem ratione, variæ sunt et repugnantes Græcorum sententiæ; quas hic colligam: Sextus Empiricus adv. Mathematicos I. 16. (adv. Grammat. I. 12. p. 273. ed. Fabric.) *εἰ συστατικὸν τὸ ἱστορικὸν*, inquit: *τινὸς μὲν λέγοντος ὅτι* Ὀδυσσεὺς *ὑπὸ* Τηλεγόνου *παιδὸς κατὰ ἄγνοιαν ἀνῄρηται· τινὸς δὲ ὅτι λάρου κέντρον θαλασσίας τρυγόνος ἀφέντος αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ διεφώνησεν· ἄλλοι δὲ ὅτι εἰς ἵππον μετέβαλε τὴν μορφὴν, θέλειν ἐν οὕτως ἀπερρωγόσι πράγμασιν εὑρεῖν τἀληθές*. Homeri quoque Scholiastes, seu Didymus, seu quisquis est, ut Eustathium omittam, in illud Odyss. Λ. 133. *θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ*, hæc notat: Οἱ *νεώτεροι τὰ περὶ* Τηλέγονον *ἀνέπλασαν τὸν* Κίρκης *καὶ* Ὀδυσσέως, *ὃς δοκεῖ κατὰ ζήτησιν τοῦ πατρὸς εἰς* Ἰθάκην *ἐλθὼν, ὑπ' ἀγνοίας τὸν πατέρα διαχρήσασθαι τρυγόνος κέντρῳ*. Αἰσχύλος *δὲ ἐν* Ψυχαγώγοις *ἰδίως λέγει·* Ἐρρωδιὸς *γὰρ ὑψόθεν ποτώμενος*[1] Ὄνθῳ *σε πλήξει, νηδύος χειλώμασιν·* Ἐκ *τοῦδ' ἄκανθα ποντίου βοσκήματος* Σήψει *παλαιὸν δέρμα καὶ τριχορρυές*. Aristoteles quoque in Poëtica tragœdiam citat Ulyssis vulnerati, in qua Telegonus inducitur, ubi doctissimus P. Victorius notat, citari ab antiquis grammaticis Sophoclis tragœdiam, quæ inscribitur Ὀδυσσεὺς *ἀκανθοπλὴξ*, quod spina ictus materiem dederit poëtis scribendæ tragœdiæ. Habes et in Euripidis Rheso, meminitque Parthenius Erot. III. p. 349. Schol. Aristoph. Plut. 303.

[1] Sic edidi ad Valckenærii mentem in Diatrib. Euripid. p. 286.

Denique Oppianus Halieut. II. 497. sic canit de trygonis piscis venenoso osse, quo cæsus sit Ulysses: *Κεῖνό ποτ' αἰγανέῃ δολιχήρεϊ κωπηέσσῃ Κίρκη Τηλεγόνῳ πολυφάρμακος ὤπασε μήτηρ, Αἰχμάζειν δήοις ἅλιον μόρον· αὐτὰρ ὁ νήσῳ Αἰγιβότῳ προσέκελσε, καὶ οὐ μάθε πώεα πέρθων Πατρὸς ἑοῦ, γεραρῷ δὲ βοηδρομέοντι τοκῆϊ Αὐτῷ, τὸν μάστευε, κακὴν ἐνεμάξατο κῆρα. Ἔνθα τὸν αἰολομήτιν Ὀδυσσέα μυρία πόντου Ἄλγεα μετρήσαντα πολυκμήτοισιν ἀέθλοις, Τρυγὼν ἀλγινόεσσα θοῇ κατενήρατο ῥιπῇ.* Hunc et Tusculum, oppidum in Latio, condidisse ferunt Propertius II. 32. 4. Ovid. Fast. [III. 92.] IV. 71. Pont. III. i. 123. Hor. Carm. III. 29. *Et Telegoni juga parricidæ.* Ubi vetus interpres, quisquis is est, *Tusculum* interpretatur. Plutarchus vero Præneste ab illo conditum ait in Parallelis, (T. II. p. 316 A.) cujus tamen originem Maro ad *Cæculum* refert Æn. VII, 681. unde Cæciliorum gentile nomen manavit. Sic *Formiæ* a *Lamo* quodam conditæ, ut Hom. Od. K. 81. idemque Horat. Carm. III. xvii. ad Ælium Lamiam. Tusculanus autem Octavus Mamilius fuit, qui Tarquinium Superbum socerum urbe exactum restituere tentavit, de quo T. Livius I. 49. *Qui, si famæ credimus, ab Ulysse deaque Circe oriundus.* Clarius vero Dionys. Halicarn. Antiq. IV. 45. p. 753. ed. Reiskii. *Ὀκτάϊος Μαμίλιος ἀνέφερε τὸ γένος εἰς Τηλέγονον, τὸν ἐξ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης, κατῴκει δὲ ἐν πόλει Τύσκλῳ.* Sed in utroque *Octavus* trisyllabum prænomen, ut *Tullus, Marcus*, non *Octavius* quatuor syllabis legendum est; nam *Octavius* gentis nomen, ut *Mamilius.* Festus Pompeius: *Mamiliorum familia a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreaverat, quando id oppidum ipse condidisset.* In nummis apud Ant. Augustinum Archiep. Tarrac. omnis eruditionis promum condum, scriptum vidi C. MAMILIUS. LIMETANUS. Quo nomine quidam apud Sallustium Tr. Pleb. in Jugurthino. In aversa parte Ulysses cum scipione et pileo (de quo Plinius XXX. x.) cum cane qui eum solus agnovit, cum domum ab Ilio cessim, ut Varronianis utar, revertisset. SCHOTT.

344, 11. *τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα*] Quæsitum a nonnullis observavi, quænam apud Proclum nostrum *ἐν χρηστομαθείᾳ*, quæ in Photii C. P. legitur Bibliotheca, *τὰ ἐπικοῦ κύκλου ποιήματα* vocentur. *Κύκλια carmina*, quasi trivialia, quæ in triviis canebantur. Isidorus lib. VI. Originum c. XVII. An

forte quia orbem efficiunt, et in corona hominum accinebantur? Unde et artes *Cyclicæ* dictæ Græce κύκλια quidem semper apud Aristophanem pro dithyrambicis sumuntur tantum, propter genus chori, quo utebantur. Unde et κυκλιοδιδάσκαλοι Cinesias et Philoxenus et alii dithyrambici ab eo appellati: et *pueri Cyclici* Plutarcho in Aristide fortasse pro choro, qui dithyrambos canebat; sed hæc significatio nihil ad Procli locum, licet illam ad omnia lyrica traducat Jo. Tzetzes in Chil. quam et maxime propriam τῶν ἐγκυκλίων significationem esse voluit. Multo autem magis ab hoc loco aliena, quibus idem docet ex Porphyrio *de vitis philosophorum*, isto nomine contineri τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν, hoc est, quas vulgus *liberales* appellat *septem artes*, et præterea philosophiam. Ita interpres Aristophanis in Nebulis, κύκλια μαθήματα vocat metricam et rhythmicam, et alias: sed videndum an apud eundem ἐν ταῖς Ὄρνισι intelligi possit hoc genus poëmatis, de quo loquitur Proclus, dum ait, κύκλια δὲ καλοῦνται μέλη τὰ ἐπεκτεταμένα, ἔστι δὲ διηγηματικόν. Nam hoc genus poëmatis, ut ait Proclus, a Chao ad reditum usque Ulyssis, perpetua serie historiarum et temporum perducebatur, atque erat διηγηματικόν. Illud torquet, quod μέλη appellat; sed potuit γενικώτερον τὸ μέλη usurpari. Veriorem tamen sententiam existimo Joannis Philoponi, in lib. I. Analyt. Poster. Aristotelis, [p. 34 b.] cujus verba, non Græce, (sunt enim plurima) neque ut vulgo inepte versa circumferuntur, sed ut ipse reddenda censeo, apponam: Κύκλον *ait Aristoteles* τὰ ἔπη, *carmina, hoc est epigrammata sic conscripta, non ut ultima primi versus voce inchoet sequens, et tertius, sicque deinceps, sed ut liceat idem carmen, nunc initio, nunc in fine, collocare. Quale est illud:*

Χαλκῆ παρθένος εἰμί, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.
ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ
ἀγγελέω παριοῦσι Μίδης ὅτι τῇδε τέθαπται.

Vides enim tanquam in circulo licere a quolibet versu initium ducere, hoc modo:

αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ.

Deinde χαλκῆ παρθένος, *et deinceps. Vel sic,* χαλκῆ παρθένος, *deinde* αὐτοῦ τῇδε μένουσα, *mox* ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, *et quod inde*

excurrit. Refert autem in Homeri vita Herodotus, Homeri esse hoc carmen in Midam Phrygiæ Regem conscriptum. Unde nunc talia epigrammata κύκλον *appellant. Est et aliud* κύκλος, *poëma proprie dictum, quod alii aliis tribuunt, nonnemo Homero &c.* Hæc Philoponus, e quorum extremis verum sensum Procli eruo, de quodam certo poëmate et opere sic dicto. Themistius item, eruditus Aristotelis explanator, in eundem librum: εἰ δὲ λέγεται καὶ ἔπη τινα κύκλος, ἀλλ' οὐκ ἐᾷ ταῦτα κύκλον ὑπολαβεῖν τὸν γεωμέτρην ὁ τοῦ κύκλου λόγος. *In Ethicis Nicom.* idem philosophus *Encycliorum* a se scriptorum meminit, lib. I. 5. ibidemque, et in *Analyticis* Homero *Cyclica* tribuit; in ποιητικοῖς vero ἀνωνύμου esse ait. Et in libro *de Cœlo*, ubi Simplicius, ἐγκύκλια φιλοσοφήματα laudat. Hoc etiam nomine *artes liberales* comprehenduntur; ut in Oppiani vita incerti auctoris; καὶ ἐγκύκλιον ἅπασαν παίδευσιν καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων ἐκπαιδεύσας. Idcirco fortasse, quod universim totum artium κύκλον, ab ovo, quod dicunt, ad mala, hoc est, a grammatica et logicis, quas in scholis vocant, disciplinis, et deinceps mathematicas complecterentur. Has simul connexas Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Plutarchus περὶ παιδῶν ἀγωγῆς p. 7 C. ἐγκύκλια παιδεύματα appellat. M. Fabius I. 10, 1. orbem *disciplinarum* vertit. Seneca Epist. LXXXVIII. ἐλευθερίας *artes* nominat. Reponit vero ibidem M. A. Muretus, haud scio an de veteri libro, ἐγκυκλίους. Προβλήματα item *Encycliorum* citat Agellius lib. XX. c. 3. quæ hodieque reperiuntur ad verbum in Aristotele Probl. IX. sect. xxx. qui et Politic. c. IV. ἐγκύκλια διακονήματα et mox διακονίας ἐγκυκλίους dicit, *Encyclia ministeria.* Item in Ethicis Nicomachiis, hærente ibi aqua Dion. Lambino, cætera accurato. Hinc etiam planius intelligi queat, quod est a grege interpretum Horatii diligenter quæsitum, a paucissimis tamen hactenus intellectum, quem in Arte Poëtica *patulum orbem* nominet, cum ait,

Nec circa vilem patulumque moraberis orbem.

Nam per *orbem patulum* poëma κύκλος dictum intelligit; quod cyclicus ille scriptor τὰ ἰλιακὰ κύκλῳ scripserit, quasi a gemino ovo belli Trojani reliqua καθολικῶς *universe* complectens. *Vilem* vocat, quia projecti est animi κατὰ πλάτος, καὶ παχυλῶς docere; quomodo interpretatur Ausonium Jos. Scaliger,

Epist. ad Cl. Puteanum, Opusculis posthumis, et Is. Casaubonus ad Athenæum, Animadv. lib. VII. c. 3. Pet. Victorius in Aristotelis Politica: Fr. Patricius lib. VI. Discussionum Peripateticarum, et singulari, ut audio, libello, Octavianus Ferrarius Mediolan. SCHOTT. Obs. Hum. II. 1.

345, 2. εἰς Στασῖνον] Sæpe in auctoribus corruptum hoc poëtæ nomen, forte quod infrequens esset et insolens. *Stasimum* per *M* hic scriptum erat depravate, ut et in Athenæo VIII. p. 334 B. XV. 682 E. *Stasimius* quatuor syllabis, et in Homeri Schol. [v. Barnes. Schol. min. Il. α′. 5.] Tarasinus, cum sit trisyllabum, et scribendum *Stasinus*. Hunc vero Cyclicum scriptorem reprehendere Flaccus putatur in A. P. ubi κύκλον *orbem* vertit: *Nec circa patulum vilemque moraberis orbem.* Sic Jos. Scaliger in Catull. p. 100. Turnebus vero *orbem* pro circumstantium corona interpretatur Advers. XIX. 9. Verum enimvero Proclus noster *Stasinum* Cypriorum poëtam diserte a Cyclicis distinguit. Non ergo *Cyclicus* Horatio erit *Stasinus*, sed alius quispiam ex Cyclicis, ut optime in Athenæum VII. 3. Casaubonus animadvertit. Acroni itaque potius assentiar, qui in Antimachum dictum notat, cujus Thebais κυκλικὴ citatur a Grammaticis: *Qui reditum Diomedis ab interitu Meleagri* libris quatuor et viginti continua serie deduxit; cujusque operis hoc initium fuisse Græci produnt: Ἐννέπετε Κρονίδαο Διὸς μεγάλοιο θυγάτρες. Quo de et Catullus, XCIII. 10. *At populus tumido gaudeat Antimacho.* Talis et ille [m] μικρῆς Ἰλιάδος auctor ἄδηλος: *Qui gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.* Quem citat incerto nomine Pausanias Phoc. p. 862. Lac. p. 278. ut et Is. Tzetzes, non semel allatis ex ea versibus in Lycophronis Cassandram; semel vero Leschen auctorem illius laudat: alii Homero tribuunt, sed, ut mox apparebit, falso. Adeo verum illud, *Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.* Quæ Ilias minor, et Κυπριακὰ inscribebatur; cujus initium; Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐρατείνην. De qua et in Poëtica Aristoteles. Eam Iliadem parvam, Lævius vetustissimus poëta Latinis versibus reddiderat; cujus Cypriæ Iliados nomine citatur a Charisio Sosipatro grammat. I. p. 118. in quo tamen vulgo sic legitur, *C. Nævius lib. I. Cypriæ Iliados:* pro *Lævius. Cælum marmoreum torques au-*

[m] Vide Tyrwhittum ad Aristot. Poët. sect. xxxviii. et in indice.

rata coronat. Priscianus item Gramm. X. p. 881. ex lib. II. *Fecundo penetrat penitus, thalamoque potitur.* Ceterum ex Cypriacis Stasini poëtæ, quo de hic agitur, versus de Dioscuris laudat idem Tzetzes in Lycophronem v. 511. præter Androclis et Philostephani historiam Cypriam. Versus autem hi sunt: —— *αἶψα δὲ Λυγκεὺς Τηΰγετον προσέβαινε ποσὶ ταχέεσσι πεποιθὼς, Ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν Ταντάλίδου Πέλοπος· τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως Δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης, Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα.* Similiter ex parva Iliade Leschæ undecim hos versus ab interitu vindicavit, ad v. 1263. *Αὖταρ Ἀχιλλῆος μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς Ἑκτορέην ἄλοχον κατάγει κοίλας ἐπὶ νῆας· Παῖδα δ' ἑλὼν ἐκ κόλπου ἐϋπλοκάμοιο τιθήνης, Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ πύργου, τὸν δὲ πεσόντα Ἕλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταίη. Ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχην, ἠΰζωνον παράκοιτιν Ἕκτορος, ἥν τε οἱ αὐτῷ ἀριστῆες παναχαιῶν Δῶκαν ἔχειν, ἐπίηρον ἀμειβόμενοι γέρας ἀνδρὶ, Αὐτόν τ' Ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν, Ἐκ πάντων Δαναῶν ἄγεμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων.* Verum operæ pretium fore confido, et in his bellorum civilium tempestatibus alloquium consolationemque allaturum spero, cum *toto sævit Mars impius orbe,* referre Stasini elegans carmen, de Terra communi omnium parente, quæ tot inutilia improborum pondera sustineat, ut ingratissimorum hominum impietatem detestans cum elementis omnibus, mortalium scelera exosa esse videatur. Hinc officium suum detrectare, et fame, peste, bellorumque calamitatibus sublevari: bonos vero constantesque ut in fornace aurum ostendi declarat apologus ille nimis verus: atque utinam, quod precibus assiduis obtestandum, Deus O. M. nostri aliquando misertus, scelera condonando, hæc mala ab Europæ finibus longe averruncet, in hostesque fidei convertat. Nostris enim meritis atque peccatis (quod et T. Attico sua tempestate questus est Cicero) in has ærumnas incidimus. Poëtæ versus, ad verbum ediscendos, appendere libet ex collectis in Homeri Iliadem commentariis, lib. I. geminamque Euripidis sententiam, quæ Oreste extremo legitur: [n] *Πόλεμον*

[n] Hic locus est ex Euripid. Helen. 38. Stasini versus, quos præ nimia festinatione omisit Schottus, ex Schol. ad Il. α'. 5. suppleantur, *Ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα πλαζόμενα — βαθυστέρνου πλάτος αἴης. Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε, καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι Σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν, Ῥιπίσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιάκοιο, Ὄφρα*

γὰρ εἰσήνεγκεν Ἑλλήνων *χθονὶ*, Καὶ Φρυξὶ *δυστήνοισιν, ὡς ὄχλου βροτῶν* Πλήθους *τε κουφίσειε μητέρα χθόνα*, Γνωτόν *τε θείη τὸν κράτιστον* Ἑλλάδος. Sic Stasinus. Apud tragicum vero Apollo ad Menelaum, ne de Helena in deos translata sit sollicitus, tamquam ex tripode oraculum fatur; Ἐπεὶ *θεοὶ τῷ τῆσδε καλλιστεύματι* Ἕλληνας *εἰς ἓν καὶ* Φρύγας *ξυνήγαγον*, Θανάτους *τ' ἔθηκαν, ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς* Ὕβρισμα *θνητῶν ἀφθόνου πληρώματος*. SCHOTT.

345, 2. Ex his emendo Scholia antiqua illa et erudita Il. *α'*. 5. ubi cum aliquot carmina ex his Cycliis citantur, male legitur *ἡ δ' ἱστορία παρὰ* Ταρασίνῳ *τῷ τὰ* Κύπρια *πεποιηκότι*. Στασίνῳ plane reponendum et Κυπρία *παροξυτόνως*, nisi nos fallit Proclus. Hunc locum expressit Philoponus loco supra citato. NUNNES.

Ibid. 3. Οἱ *δὲ* Ἡγήσιον] Ἡγησίαν leg. haud dubie ex Athenæo XV. p. 682 D. Hegesias quoque Maronites Georgi*κῶν* poëta laudatur a Varrone I. de R. R. quamquam mendose illic [o] *Ægesias* legitur. Alterius item *Hegesiæ Magnesii* dictum frigidum in Alexandri natalem refert Plutarchus in Alexandro p. 665 E. et Dionys. Halic. *περὶ Συνθ. ὀν*. p. 126. SCHOTT.

Ibid. Quid si Ἡγησίαν legamus? quod nomen magis receptum. NUNNES.

Ibid. 4. *οἱ δὲ* Ὅμηρον] Cypria, seu Cypriaca, et Cyclica, pro iisdem habita hinc apparet. Homero autem attributa fuisse a quibusdam e Philopono jam docui: ut et illud in Midam auctore Herodoto in ejus vita. Idem tamen Homero Cypria abjudicat in Euterpe, 116, 117. Versibus enim ex Iliad. *ζ'*. 289. et Od. *δ'*. 227. Paridem probat, cum Helenam abduceret, in Ægyptum delatum tempestate. Itaque ait, hi versus, tum vero locus non minimum, immo vero maxime probant Cyprios versus, non Homeri sed cujuspiam alterius esse: in quibus dicitur Alexander ex Sparta Helenam ducens triduo Ilium pervenisse secundo vento usus et tranquillo mari, cum in Iliade dicat, cum Helenam abduceret, errasse. Sed suavissimi scriptoris Ionici verba Græca apponam: *ταῦτα τὰ ἔπεα*,

κενώσειεν θανάτῳ βάρος· οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ Ἡρῶες *κτείνοντο*, Διὸς *δ' ἐτελείετο.βουλή*.

[o] *Hegesias* diserte edit. Scalig. 1619. p. 4.

καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα ἀλλὰ μάλιστα δηλοῖ, ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κυπρία ἔπεά ἐστι, ἀλλ' ἄλλου τινός· ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται ὡς τριταῖος ἐκ Σπάρτης Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὸ Ἴλιον ἄγων τὴν Ἑλένην, εὐαεῖ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ· ἐν δὲ Ἰλιάδι λέγει ὡς ἐπλάζετο ἄγων αὐτήν. Aristoteles in Poëticis Dicæogenis *Κυπρία* citat: post tamen, tamquam nomen ignoretur, *ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα·* nisi, ut nomine, ita et re diversi auctoris fuerint poëmata. Pausanias quoque in Laconicis p. 246. de Hilaira et Phœbe, dubitans et ipse de auctore, *ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια, θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνός φησιν εἶναι.* Et Athenæus VIII. p. 334 B. eosdem quos Proclus Cypriorum auctores nominat, hærens interim cui attribui ea vindicarique jure Quiritium debeant: *ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη εἴτε Κύπριός τις ἐστιν, ἢ Στασῖνος, ἢ ὅστις δὴ πότε χαίρει ὀνομαζόμενος, τὴν Νέμεσιν ποιεῖ διωκομένην ὑπὸ Διὸς, καὶ εἰς ἰχθὺν μεταμορφουμένην.* Quem locum explicat erudite H. Junius Animadv. I. xv. Rursum vero Athenæus XV. p. 682 D. in magno illo fragmento, quod Gul. Canterus, amicus, dum vixit noster, primus protulit, Nov. Lect. III. 31. *Ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται μὲν ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς Ἡγησίας, ἢ Στασῖνος. Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος, ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια· Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα, λέγει δ' οὖν, ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας αὐτὰ ἐν τῷ ια' οὑτωσί. κ. τ. λ.* Ceterum Lilius Gyraldus ab Eucloo Cyprio *Cypria* primum carmina condita tradit, nescio quem auctorem secutus. SCHOTT.

345, 4. *ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς*] Homerus, inquit Proclus, duxit uxorem, Stasini poëtæ filiam, cui *Κύπρια* poëma donavit; auxitque munus inscriptione, qua nomen patriæ Stasini, qui Cypro oriundus erat, præferret. Non igitur gloriæ perinde studiosus Homerus atque Aristoteles, qui cum Rhetorica sua Theodectæ pro suis edenda obtulisset, post pro suis laudando repetiisse visus est; auctor Valerius Max. VIII. 15. Sed, ne erres, ab hac narratione Procli dissensit Ælianus; Homerum cum propter rei familiaris inopiam elocare dotatam satis filiam suam non posset, dotem ei Cypria carmina dedisse; quod et Pindarum memoriæ prodidisse sic narrat Varr. H. IX. 15. *λέγεται δὲ κἀκεῖνο πρὸς τούτοις, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη τὰ Κύπρια, καὶ ὁμολογεῖ*

τοῦτο Πίνδαρος. Cui adstipulatur Joan. Tzetzes Chil. XIII. 496. v. 638. qui et Ἀρσιφόνην Homeri filiam nominat. Suidas item Homeri filiam Stasino Cyprio nupsisse auctor est, in Homero: et Cypria, Cyclum, parvamque Iliadem inter opera enumerat, quæ attribui illi solent; ut hinc non idem opus fuisse utrumque intelligas: incertumque relinquatur generne an socer Stasinus Homeri fuerit; sed, ut ille dicebat, *non in eo positæ sunt fortunæ Græciæ.* Veritatem alius, cui majus otium suppeditat, ex Democriti puteo eruet; cujus est, eritque semper, investigatio præstantissima. SCHOTT.

345, 6. *οὐ τίθεται ὁ συγγραφεὺς*] Pro *συντίθεται*, id est, Proclus non assentitur huic sententiæ. Sed cur *Κυπρία παροξυτόνως* inscribendum deest, quod *ἐπισκεπτέον*. Sed antequam a Cyclicis abeamus, videndum an Horatius Cyclicum Antimachum vocet, non quod cyclica scripserit, sed quod episodia episodiis addens, ut in cyclo epico viginti quatuor libros implevisset, antequam septem duces usque ad Thebas perduceret, quod refert Porphyrio, aut quicunque ille interpres. Mihi hoc *πιθανώτατον*. De epicorum autem digressionibus, et cyclo, Philostratus in Epist. XIII. ad Juliam ita scribit: *αἱ δ' ἀποστάσεις εἴτε προσβολαὶ τῶν λόγων Γοργίου ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μέν, μάλιστα δ' ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ.* NUNNES.

Ibid. 9. *τὴν δὲ* [p] *Ἐλεγείαν συγκεῖσθαι*] Ovidius ad Cupidinem

[p] Ἐλεγείαν] Sequentia ex Scholiis in Dionysium Thracem excerpta legi merentur. MS. Barocc. 116. fol. 30. Eadem habet Bekker. Anecd. p. 749.

ΤΑ ΔΕ ΕΛΕΓΕΙΑ ΛΙΓΥΡΩΣ] *Ἐλεγεῖον ἔμμετρός ἐστι στίχος ἐλλείπων ἑνὶ ποδὶ τοῦ ἡρωϊκοῦ στίχου, εἰς δύο* [1]*πενθημιμερῶς* (l. *ρῆ*) *τεμνόμενος. οἷον, νηῗδες οἳ μούσης οὐκ ἐγένοντο φίλοι. οὗ τὸ μὲν πρῶτον τμῆμα (ἀ) διαφόρως καὶ σπονδεῖον καὶ δάκτυλον ἐπιδέχεται· τῆς δὲ μετὰ τοὺς δύο πόδας περιττευούσης συλλαβῆς καὶ τὴν πενθημιμερίδα τομὴν ἀποτερματιζούσης πάντως μακρᾶς οὔσης φύσει ἢ θέσει, τὸ δεύτερον τμῆμα τοὺς μὲν δύο πόδας πάντως δακτύλους θέλει ἔχειν, τὴν δὲ τελευταίαν συλλαβὴν ἀδιάφορον τῷ λόγῳ τῶν* [2]*μέτρων ὡς μεμαθήκαμεν. πάντος γὰρ μέτρου ἀδιάφορός ἐστιν ἡ τελευταία συλλαβή. τούτῳ οὖν τῷ μέτρῳ πολλοὶ ποιηταὶ τινὰ γεγραφήκασιν, ἅ τινα καλεῖται ἐπικήδεια· πρὸς γὰρ* [3]*παραμυθίαν τοῦ τετελευτηκότος τῶν καλῶν μνημονεύοντες τῶν συγγενῶν τοῦ* (τ') *καὶ φίλων τῇ παραινέσει τὴν λύπην ἀνέστελλον. διὸ* [4]*καλεῖται καὶ ἐλεγεῖα, παρὰ τὸ εὖ*

[1] *πενθημιμερεῖς* B. [2] *μετρικῶν μ.* B. [3] *παραμυθίαν τῶν συγγενῶν τοῦ τετελευτηκότος τῶν καλῶν τούτου μνημονεύοντες, καὶ τῶν συγγενῶν τούτου καὶ τῶν φ.* B. [4] *καὶ καλεῖται ἐλεγεῖα οἱονεὶ ἐλέεια, τοῦ γ̄ ἐκθλιβομένου, παρὰ τὸ ἐλεεῖν τὸν τετελευτηκότα· ἢ εὐλεγεῖα παρὰ τὸ εὖ λέγειν τὸν ἀποβιώσαντα. Ταῦτα οὖν τὰ ἐλεγεῖα πῶς δεῖ ἀναγινώσκειν; λιγυρῶς· τουτέστιν ὀξυφώνως· ἡ γὰρ λύπη τῇ παρατροπῇ τῆς φωνῆς ἐκ τοῦ κλαυθμοῦ ὀξυτέρα παρεισάγει—Ἐλεγεῖόν ἐστιν*

De Ponto III. iii. 29. *Tu mihi dictasti juvenilia carmina primum, Apposui senis, te duce, quinque pedes.* Sidonius Apollinaris de laudibus Narbonis XXIII. 22. *Ibant hexametri superbientes, Et vestigia juncta sed minora Per quinos elegi pedes ferebant.* SCHOTT.

345, 10. τοῖς κατοιχομένοις] Κατ' εὐφημίαν, pro mortuis. Sic Latini, *ad plures abiisse*, vel *fuisse, vixisseque* aliquem dicere solebant. [q]Terent. *Pene fuit Phronesium.* Et Virgil. Æn. II. 325. *Fuimus Troës, fuit Ilium et ingens gloria Teucrorum.* et M. Tullius sumpto de conjuratis Catilinariis, more majorum, supplicio in carcere, egressus, *vixerunt*, inquit: auctor Plutarchus. Idemque Cicero in Pisoniana, c. 25. *argentum οἴχεται*, dixit: de quo rixantur multi. Vide M. A. Muretum Var. Lect. IV. 19. Sed in sacris literis *dormire*, et *quiescere* mortui dicuntur; et vero *mors somni consanguinea* Homero et Virgilio: ut jam ad Lycophrona σκοτεινὸν neoterici annotarunt, et κοιμητήριον pro quiescentium sede, ut notat Victorius Var. Lect. VIII. 11. SCHOTT.

Ibid. 11. Τὸ γὰρ θρῆνος] Hinc Ovidius Art. III. El. 1. *Flebilis indignos elegëia solve capillos, Heu nimis ex vero nunc tibi nomen erit.* Et Epist. Sapph. *Flendus amor meus est, elegëia flebile carmen.* Et ad A. Tibullum elegiacum poëtam Hor. Carm. I. 33. *Albi ne doleas plus nimio, memor Immitis Glyceræ,*

λέγειν τὸν ἀποβιώσαντα, ἢ παρὰ τὸ ἔλεγος, ὃ δηλοῖ τὸν θρῆνον. τοῦτο δὲ παρὰ τὸ ἐλεγεῖν, ὥσπερ ἐλεοῦντες γὰρ τοὺς ἀποιχομένους, τοῦτο ἐφεῦρον τὸ μέτρον. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐλεγεῖον ἐλεγείας διαφέρει. ἐλεγεῖον γάρ ἐστι ὅταν [5] εἰς στίχους ὑπάρχει καὶ πεντάμετρος· ἐλέγεια δὲ ὅταν ὅλον τὸ ποίημα ἀμοιβαῖα [6] ἔχει τὰ μέτρα.

Λιγυρῶς δὲ, οἷον ὀξέως ἀναγινώσκειν ἡμᾶς δεῖ τὰ ἐλεγεῖα, ὡς ἂν [7] συμπνιγμένους καὶ ἐκπεπληγμένους τῷ πλήθει τῶν κακῶν. ἢ λιγυρῶς δὲ [8] ἢ γλυκερῶς, λιγὺς γὰρ ὁ γλυκύς. τῇ γὰρ λύπῃ ἡ παρατροπὴ τῆς φωνῆς ἐκ τοῦ παρακλαυθμοῦ ὀξυτερά τινα παρεισάγει. Ἔπος λέγεται πᾶς στίχος ἰαμβικός τε καὶ τροχαικὸς καὶ ἀναπαιστικὸς καὶ δακτυλικὸς, καὶ οἵῳ δήποτε ποδὶ μετρούμενος· κατ' ἐξοχὴν δὲ, τουτέστι κατὰ τιμὴν καὶ ὑπεροχὴν τὸ ἡρωικὸν μέτρον ἔπος ἐκάλεσεν, [9] ὅσπερ διδάσκει ἡμᾶς εὐτόνως ἀναγινώσκειν, τουτέστι συντόνῳ [10] φωνῇ καὶ μὴ ἐκλελυμένῃ, [11] ὡς ἡρώων ἀνδρῶν περιέχον ἱστορίας. v. Santen. ad Terent. Maur. p. 304.

[q] Immo Plautus Truculento I.ii.94.

εἶδος μέτρου ἐκ δύο πενθημιμερῶν τεμνόμενον, παρὰ τὸ ἔλεγος, ὃ δηλοῖ τὸν θρῆνον. τοῦτο πάλιν παρὰ τὸ ε̈ λέγειν, ὥσπερ ἐλεοῦντες τοὺς ἀποιχομένους τοῦτο ἐφεῦρον τὸ μέτρον. ἢ ἐλεγεῖόν ἐστι θρῆνος ἐπιτάφιος οἱονεὶ ἐλεεῖόν τι ὂν, τοῦ γ̅ ἐκθλιβομένου, παρὰ τὸ ἐλεεῖν τὸν τετελευτηκότα, ἢ εὐλογεῖον, παρὰ τὸ εὖ λέγειν τὸν ἀποβιώσαντα. Ἐπειδὴ οἱ τεθνηκότες ἔλλειψίν τινα ἔχουσιν ἤγουν τοῦ ζῆν, τούτου χάριν καὶ τὰ ἐλεγεῖα, ὡς ἐπὶ τοῖς τεθνηκόσι λεγόμενα, ἐλλείπουσι ποδὶ πρὸς τὸν δακτυλικὸν στίχον. B. [5] εἷς στίχος ὑπάρχῃ B. [6] ἔχῃ τὰ μέτρα, ἑξάμετρον καὶ πεντάμετρον B. [7] συμπεπληγμένους B. [8] ἤγουν B. et mox om. γάρ, et τῇ γὰρ —παρεισάγει. [9] ὅπερ B. [10] τῇ φ. B. [11] ὡς καὶ B. et mox ἱστορίαν.

neu miserabiles Decantes elegos. Ubi Porphyrio ἀπὸ τοῦ ἒ ἒ derivat; Diomedes vero lib. III. p. 482. aliique παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνειῶτας, vel παρὰ τὸ ἔλεος. Boethius Severinus in erudita illa satyrica miscella consolationis philosophicæ, sic auspicatur: *Carmina qui quondam studio florente peregi, Flebilis heu! mœstos cogor inire modos. Ecce mihi lacero dictant scribenda camœnæ, Et veris elegi fletibus ora rigant.* SCHOTT.

345, 14. πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις] Idem Ovidius et amores conscribi elegis ait: *Inter quos vultu petulans elegia vocatur.* Quem versum per parodiam imitatus est Statius Silv. I. ii. 7. *Quas inter vultu petulans elegia propinquat.* SCHOTT.

Ibid. 15. Καλλῖνόν τε τὸν Ἐφέσιον] Hunc elegiaci carminis inventorem facit Terentianus Maurus: sed metri, ut equidem interpretor, necessitate, *Callinoüm*, quatuor syllabis, vocat. Alii vero Theoclem, Naxium seu Eretriensem; alii Midam, nonnulli Terpandrum. In Pausania Bœot. IX. p. 729. ΚΑΛΑΙΝΟΝ scriptum repperi, dubitare itaque cœpi, Calanumne, ex Indiæ Brachmanis sophistam intelligat (de quo Arrianus Exped. VII. 3. Ælianus V. H. II. 41. V. 6. Diodorus Siculus XVII. 107. Plutarchus Alexandr. p. 668, 703. Cicero de Divin. I. 23. Tusc. Disp. II. 21. Valerius Max. I. 8. et Strabo XV. p. 1045 = 1017. aliique) an Καλλῖνον, quo magis inclinat animus; nam et in antiquis inscriptionibus, litteratisque marmoribus Græce inscriptis, Λ pro Α, et retro sæpenumero commutari solent ob magnam figurarum similitudinem; et ita Terentianus idem docuit. Male quoque in Nicandri explanatore Græco χαλίνος vocatur pro Καλλῖνος. Hujus Cimmeria, et Sminthii Apollinis fabula laudatur a Strabone XIII. p. 901 = 870. et semel iterumque XIV. p. 930 = 899. p. 984 = 953. SCHOTT. Vid. Santen. ad Terent. Maur. v. 1722. Toup. supra p. 142.

Ibid. De his in notis dixi ad Fragmentum ἀδέσποτον Censorino additum, et hactenus, ante Lud. Carrionem, adscriptum. NUNNES.

Ibid. Μίμνερμον Κολοφώνιον] Ligyrtiadæ Colophonii F. fuit, et tibicen, auctore Strabone XIV. p. 952 = 921. *Ἄνδρες δ' ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων, Μίμνερμος αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγεῖος.* Nam sunt qui Smyrnæum faciant, a quibus stare Pausanias videtur, cujus hæc in Bœoticis sunt,

Smyrnæorum bellum conscripsisse (quod et Strabo ibidem significat) elegiaco carmine, IX. 29. p. 766. Μίμνερμος δὲ ἐλεγεῖα ἐς τὴν μάχην ποιήσας τὴν Σμυρναίων πρὸς Γύγην τε καὶ Λυδὸν, φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ, θυγατέρας Οὐρανοῦ, τὰς ἀρχαιοτέρας Μούσας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας. Astypaliensem quidam faciunt. Vocatus etiam Λιγυαστάδης paullum deflexo nomine paterno Λιγυρτιάδου, διὰ τὸ ἐμμελὲς καὶ λιγὺ, ob singularem ejus industriam et suavitatem, auctore Suida. Laudat plenas amoris elegias Horatius, Propertius, Solinus, et Stobæus, sermone De Vitæ brevitate. SCHOTT.

345, 16. Τὸν Τηλέφου Φίλητα, τὸν Κῷον] Coüm facit et [r]Ælianus, qui adeo exili corpusculo fuisse refert, ut plumbum calceis insutum gestarit, ne ventorum turbine raperetur. V. H. IX. 14. X. 6. at quomodo plumbeos gestaret calceos homo tam imbecillis? Fides sit itaque penes auctores. [s]Theocriti scholia Rhodium, non Coüm faciunt. *Telephi*, patris sui nomine poëma inscripsit, ut ex erudito Apollonii Rhodii Argonaut. interprete IV. 1141. didici. Huic secundas tribui auctor est Fabius, censor gravissimus, Inst. Or. X. i. 58. Laudat Ovidius, et Propertius amatoria illius; Claudianus vero hanc γνώμην Epist. IV. 9. *Fors juvat audentes,* [t]*Coi sententia vatis:* quam alii sic extulere, *Audaces fortuna juvat, timidosque repellit.* SCHOTT.

346, 1. Καλλίμαχον τὸν Βάττου] Hinc *Battiades* dictus a poëtis, a patre: aliis a Batto rege, Cyrenes conditore. Ovid. I. Eleg. extr. *Battiades toto semper cantabitur orbe.* Ceterum de *Cyrene* Sallustius in Jugurth. (19) 22. *Ad Catabathmon,* inquit, *qui locus Ægyptum ab Africa dividit, secundo mari primum Cyrene est, colonia Thereǽn, ac deinceps duæ Syrtes.* Sed de patria sua ipse Callimachus Epig. 27. Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη, Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ὑμετέρης. Floruit Olymp. cxxvii regnante Ptolemæo Philadelpho, auctor Suidas. Imitatur Callimachum studiose Propertius, unde et *Callimachus Umber* dictus: qui et hos fere poëtas simul nominat. II. xxxiv. 31. *Tu satius memorem* (fort. *mollem*) *Musis*

[r] Athenæi scrinia, ut solet, compilavit Ælianus. Vide lib. XII. p. 552 B.

[s] Philetam bis citat Scholiastes Theocriti II. 118. VII. 6. sed neutro in loco Rhodium appellat.

[t] N.B. Libri habent *Cei*, vel *Chii*, vel *prisci:* nullus, quod sciam, *Coi.* Sic tamen conjecit Heinsius.

imitere Philetam, Et non inflati somnia Callimachi. III. 1. *Callimachi manes, et Coi sacra Philetæ, In vestrum, quæso, me sinite ire nemus.* Et III. 3. ult. *Ora Philetæis nostra rigavit aquis.* Rursum, III. 9. 13. *Inter Callimachi sat erit placuisse libellos, Et cecinisse modis, Coë poëta, tuis.* Et IV. 6. 3. *Cera Philetæis certet Romana corymbis, Et Cyrenæas urna ministret aquas.* Et Statius Silv. I. 252. *hunc ipse choro plaudente Philetas, Callimachusque senex, Umbroque Propertius antro.* Exstant hodieque *hymni*, et de *coma Berenices,* cum scholiis Græcorum, doctorumque hominum, quibus hoc seculum abundat. Quæ in hunc poëtam ceterosque lusit Ang. Politianus in *Silvis*, non vacat describere. SCHOTT.

346, 4. ἰαμβίζειν] Alii παρὰ τὸ ἰάπτω: quidam a θριάμβῳ, hoc est, *Baccho triumphante*, alii aliunde. Vide Schol. Hephæstionis p. 168. Nos *maledicere* dicimus Latine. Vide Aristotelem ex quo Strabo desumsit. Inde et nostrum *jacere* παρὰ τὸ ἰεῖν ἄχος, inde *jacere maledicta* apud Livium: *jacere contumeliam*, atque etiam *injuriam* apud Ciceronem; ex quo ad eandem notionem *objicio* compositum putat Jul. Scaliger. Poët. I. 12. SCHOTT.

Ibid. 5. ἀπό τινος Ἰάμβης] Hanc vetulam Meganiræ et Celei ancillam fuisse annotat Caper in Virgilium; vel ut apud Nicandr. in Alexipharm. [Schol. v. 130.] Hippothoontis serva, quæ Cererem, de raptu filiæ Proserpinæ sollicitam, contumeliose acceperit, conviciis, contumeliis, atque injuriis. Aliter paullo Ovidius Met. V. anum quandam fessæ de via Cereri deæ, dum a Plutone raptam filiam, accensis in Ætna facibus, dies noctesque anquirit, polentam bibendam dedisse; puerumque qui tum propter astans arrisisset, eo liquore aspersum, in stellionem transformatum; quod et Diomedes narrat lib. III. Hanc anum *Baubonem* ab Arnobio V. contra gentes, ex Clement. Alexand. Protrept. T. I. p. 17. unde pleraque transcripsit, vocatam existimo. Uterque Orphei hos versus ponit, ut etiam Eusebius ex Clemente Præp. Evang. II. 3. p. 66. Ὣς εἰποῦσα, πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξε δὲ πάντα Σώματος, οὐδὲ πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος, χειρί τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις. Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε, θεὰ μείδησ' ἐνὶ θυμῷ, Δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο. De his Apollodorus Atheniensis Bibl. I. 5. Δήμητρα μετὰ λαμπάδων

νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιῄει. Pausanias Attic. puteum illum *floridum* vocat I. xxxix. p. 94. *Φρέαρ ἐστὶν ἄνθινον καλούμενον· ἐποίησε δὲ Πάμφως ἐπὶ τούτῳ τῷ φρέατι καθῆσθαι Δήμητρα μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς παιδὸς, γραῒ εἰκασμένην. Ἐντεῦθεν δὲ αὐτὴν ἅτε γυναῖκα Ἀργείαν ὑπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Κελεοῦ κομισθῆναι παρὰ τὴν μητέρα, καί οἱ τὴν Μεγάνειραν οὕτω πιστεῦσαι τοῦ παιδὸς τὴν ἀνατροφήν.* SCHOTT.

Ibid. 8. *Ἀγελάστῳ πέτρᾳ*] *Παροιμίαν* esse admonet Zenobius (ut Suidas collectaneorum illum auctorem vocat, sive Zenodotus is est, ut in Nebulas Aristophanis interpres nominat) *ἐπὶ τῶν λύπης προξένων πραγμάτων εἴρηται. Ἔστι δὲ ἡ πέτρα αὕτη ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐφ' ἧς ἐκαθέσθη ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει. Ἐρασθεὶς γὰρ Περσεφόνης ὁ Πλούτων, ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δημήτηρ δὲ μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήρχετο· μαθοῦσα δὲ παρὰ Ἑρμιονέων ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς κατέλιπεν οὐρανὸν, καὶ εἰκασθεῖσα γυναικὶ ἧκεν εἰς Ἐλευσῖνα, ἔνθα ἐπὶ πέτραν ἐκάθισε, τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν ἀγέλαστον.* Sic ille Prov. Cent. I. Ad. 7. quem et lege Prov. Cent. IV. Ad. 20. Apollodorus et ipse aliter paullo. SCHOTT.

Ibid. 11. *εἰς ψόγον καὶ ἔπαινον*] Vide Scholiasten Hephæst. p. 30. SCHOTT.

Ibid. 15. *Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος*] Archilochum iambici carminis inventorem quidam faciunt. Velleius Paterculus [I. 5. ubi omnino conferendus Ruhnkenius] *Neque quenquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum et Archilochum reperiemus.* Alii ad Simmiam Rhodium, (cujus esse putantur Ovum, Alæ, et Securis, poëmata falso Theocrito attributa) referunt: quidam Simonidem, nonnulli Arium vel Ananiam auctorem faciunt. *Parius* autem a patria dictus etiam a Theocrito, seu potius Moscho in Epitaphio Bionis: in quo et de aliis elegeiographis. Hinc Horatius, qui se primum iambica Latine scripsisse gloriatur, *Parios numeros* dixit pro Archilochiis Epist. I. xix. 23. *Parios ego primus iambos Ostendi Latio, numeros animosque secutus Archilochi, non res, et agentia verba Lycamben.* Et in A. P. 79. *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* Lycamben enim socerum et sponsam ad laqueum adegit, ut in eadem Epist. Horatius, et Epod. VI. Itemque Hephæstionis enarrator

p. 182. et Sextus Empiricus adv. Mathematicos I. xiii. 197. *οἱ μὲν ἐρωτομανεῖς καὶ μέθυσοι τὰς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεις ἀναγνόντες, προσεκκαίονται· οἱ δὲ ὀργίλοι, Ἱππώνακτα καὶ Ἀρχίλοχον ἀλείπτας ἔχουσι τῆς περὶ αὐτοὺς κακίας.* Julianus quoque *παραβάτης ἐν Μισοπωγ.* init. Anacreontis versuum vetustatem et leporem laudans: *Ἀλκαίῳ δ' οὐκέτι οὐδ' Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ τὴν μοῦσαν ἔδωκεν ὁ θεὸς εἰς εὐφροσύνας καὶ ἡδονὰς τρέψαι· μοχθεῖν γὰρ ἄλλοτε ἄλλως ἀναγκαζόμενοι τῇ μουσικῇ πρὸς τοῦτο ἐχρῶντο, κουφότερα ποιοῦντες αὐτοῖς ὅσα ὁ δαίμων ἐδίδου τῇ εἰς τοὺς ἀδικοῦντας λοιδορίᾳ.* Ceterum tam acerbo, moroso, et amarulento fuisse ingenio Archilochum ferunt, ut, quod atra bile laborantium est, seipsum non ferret, seque ipse odisset, suaque probra palam accusaret: quæ refert Ælianus V. H. X. 13. Vide et Eusebium Præp. Evang. V. 12. Antholog. Gr. I. 67. III. 25. ubi et in Hipponacta ludit. SCHOTT.

Ibid. 16. [u] *Σιμωνίδης ὁ Ἄμορκος*] Vitiosum id: *Ἀμόργιος* scripserat Proclus, aut *Ἀμοργῖνος*, ut ex Stephano didici: *Ἄμοργος*, inquit, *νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Παγκάλη, καὶ Ψυχία. Ἀπὸ τῆς Μινώας ἦν Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιὸς, Ἀμοργῖνος λεγόμενος, ὡς Ἐρυκῖνος. Λέγεται καὶ Ἀμόργιον, ὥς φησι Χάραξ.* SCHOTT.

Ibid. 17. *καὶ Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος*] Qui amaritudinem carminum distrinxit in Bupalum et Anthemum sculptores;

[u] Notabit diligens lector *ἰάμβων* nomine sæpissime scazontas designari; e. g. Etymolog. M. p. 270, 46. *Σιμωνίδης ἐν τοῖς ἰάμβοις· Καὶ σαῦλα βαίνων ἵππος ὡς κορωνίτης.* Loca quædam congessit Bentleius fragm. Callimachi p. 455. ed. Ernesti. Ejusdem conjecturam fr. xcvi. in Etymologo *χωλίαμβος* firmat Cod. MS. D'Orvillianus. Sed vox *ἴαμβος* aliquando videtur latius patere. Trochaïcum Archilochi, quod ex Stobæo clarum est p. 580, 21. Gesn. p. 461. Grot. sic describit Aristoteles Rhet. III. 17. *καὶ ὡς ὁ Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς ἐν τῷ ἰάμβῳ,*

χρημάτων δ' ἄελπτον οὐδέν ἐστιν,
οὐδ' ἀπώμοτον.

Vide Tyrwhittum ad Poëtic. Sect. xxxvii. Explicatu difficilior est Athenæus VIII. p. 355 A. *μελλόντων ἤδη δειπνεῖν ἐπισχεῖν ἐκέλευσεν ὁ Δάφνος, ἐπειπὼν τὸ ἐκ Μαμμακύθου ἢ Αὐρῶν Μεταγένους ἰαμβεῖον,*

ὥσπερ ἐπειδὰν δειπνῶμέν που, τότε
πλεῖστα λαλοῦμεν ἅπαντες.

Iambographis, quorum nomina recenset Proclus, adjiciendi Solon (v. Brunck. Gnom. p. 83. Anal. I. p. 73.) Æschrio Samius, Phœnix Colophonius, Cercidas, Hermeas, Archelaus, Hermippus, Parmeno, Callimachus, Scythinus, Timon, Samus, Diphilus (Schol. Pind. Ol. x. 83.)

propterea quod vultus notabilem deformitatem ridentium oculis proposuissent, inquit Plinius H. N. XXXVI. v. T. V. p. 271. leguntur que lepida Epigrammata Antholog. Gr. III. p. 271. ed. Steph. Julianus item ad Alypium, et Horatius Epod. VI. *Qualis Lycambæ spretus infido gener, Aut acer hostis Bupalo.* Hipponactis versum in Hephæst. p. 33. hunc repperi: Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα. In scholiis vero illud Archilochi, ut puto; Πάτερ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω λόγον; Τίς σὰς παρήειρε φρένας; Hunc non exiguo solum et deformi, sed et gracili admodum corpore fuisse, ut et de Phileta heroico poëta supra retuli, auctor est Ælianus V. H. I. 6. Mox *sub Amynta* non *sub Anania,* ut in nostro cod. scriptum offendi, castigandum vidit doctissimus Sylburgius ex Eusebii Chronicis. Est et *Ananias* unus de tribus iambographis apud Isacium Tzetzen Prolegom. Lycophr. nec, ut suspicor, mendosus locus est. Nam et Hephæst. p. 33. ejus meminit. Plura de Archilocho Joan. Goropius Becanus in Chronic. SCHOTT.

Ibid. 20. περὶ δὲ μελικῆς[x]] De *melicis,* et *epodis* versibus, præter ea quæ a multis collecta sunt (ne me aliorum scrinia compilasse putes :) Galenus extremo lib. XVII. de usu partium, Turnebus Advers. I. 4. ut et variis *odarum* 22. generibus Athenæus XIV. p. 618. et Pollux IV. 7. SCHOTT.

Ibid. 21. Ἃ μὲν γὰρ αὐτῆς τοῖς θεοῖς, ἃ δὲ τοῖς ἀνθρώποις] Videtur hic deesse tertium membrum, ex his quæ paullo post subjungit, τὰ δὲ εἰς θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Illud autem extremum ἃ δ' εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις non satis considerate additum: quod et infra agnoscens idem negat illa poëmata formas esse melicæ. Quanta inconstantia in hac φιλοτιμίᾳ τῶν διαιρέσεων Platonica, ut supra monui. Sed quam multa harum formarum in indicibus illis Odarum Horatii, qui nunc editi a Jac. Cruquio Brugensi: quam multa etiam horum apud Menandrum Laodicensem in disputatione de genere Epidictico. NUNNES.

347, 2. προσῴδιον] Hesychius, Suidas, et [y]Etymol. M. a

[x] Ad h. l. conferendus Vossius Instit. Poët. L. III. c. xiii.

[y] Locus Etymologi p. 690, 41. integer debet excerpi. Προσῴδιον λιτανεία μετὰ ὕμνων· παρὰ τὸ προσιέναι μετὰ τούτου τοῖς θεοῖς. Ἰστέον

προσίεναι μετὰ τούτου τοῖς θεοῖς derivant, qua ratione per *ο* scribendum esset: quo ordine idem Suidas in lexico collocat, et ita in Athenæo scribitur VI. p. 253 C. *Προσόδια, καὶ χοροὶ, καὶ ἰθύφαλλοι μετ' ὀρχήσεως.* Sed de prosodiaca et apostolica saltatione plura Is. Casaubonus ad Athenæum XIV. 7. SCHOTT.

Ibid. 12. *τὸν ὕμνον ὠνομᾶσθαι*] Hymnos scripsisse fertur et Aristoteles, (Orphei enim, Homeri, et Callimachi sunt in manibus,) nam de virtute exstat elegans apud Stobæum Serm. I. Elegiam ejusdem ad Eudemum adfert Olympiodorus minor, Platonicus, comment. in Platonis Gorgiam, (praxi 41.) nondum typis, quod sciam, edito: legiturque, sed mutila, apud Franc. Patricium, Peripateticarum discussionum lib. VII. Quæ lacuna sic expleri potest ex Aristotelis vita, quæ præmittitur Comment. Ammonii in Categorias: *Βῶμον Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος, Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις. Ὃς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς, Οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων, Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνήρ· Οὐ νῦν δ' ἐστὶ λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτα ποτέ.* SCHOTT.

Ibid. 16. *τὰ εἰς τοὺς ὑπηρέτας*] Accipio *τὸ ὑπηρέτας παθητικῶς*, h. e. *τοὺς ὑπηρετουμένους*, i. e. in eos qui a poëtis colerentur, et observarentur, sive numina sive homines essent. NUNNES.

Ibid. *γραφόμενα ὕμνους*] Menander dum accurate partitur et a capite arcessit genera *τῶν ἐπαίνων, ὕμνους* censet vocari proprie *τοὺς ἐπαίνους τῶν θεῶν γενικῷ λόγῳ*: quamquam videtur innuere *ἰδίᾳ καὶ κατ' ἐξοχὴν τοὺς εἰς τὸν Δία* sic appellatos: ceteros aliis propriis nominibus, ut in Apollinem Pæa-

ὅτι τῶν μελῶν καὶ τῶν ὕμνων, τὰ μὲν καλεῖται προσῴδια· τὰ δὲ ὑπορχήματα· τὰ δὲ στάσιμα. Καὶ προσῴδια μὲν, τὰ λεγόμενα ᾄσματα εἰσφερομένων εἰς τὸν βωμὸν τῶν ἱερείων· παρὰ τὸ, προσιόντων εἰς τὸν βωμὸν τῶν θυμάτων, ταῦτα λέγειν. Ὑπορχήματα δὲ, ἅ τινα πάλιν ἔλεγον ὀρχούμενοι καὶ τρέχοντες κύκλῳ τοῦ βωμοῦ, καιομένων τῶν ἱερείων. Στάσιμα δὲ, ἃ ἑστῶτες ὕστερον ἔλεγον, ἀναπαυόμενοι μετὰ τὸ κύκλῳ δραμεῖν τοῦ βωμοῦ. Ὅτε δὲ περιέτρεχον τὸν βωμὸν, ἀπῄεσαν πρότερον μὲν ἀπὸ τοῦ ἀριστέρου μέρους ἐπὶ τὸ δεξιὸν, κατὰ μίμησιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τὴν ἐναντίαν τῷ οὐρανῷ ποιεῖται κίνησιν, ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολὰς φερόμενος· ὕστερον δὲ πάλιν, ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν ᾔεσαν, κατὰ μίμησιν τοῦ οὐρανοῦ· τελευταῖον δὲ πάντα τὸν βωμὸν περιέτρεχον. De differentia vv. *προσῴδια προσόδια* v. Burettum H. A. T. T. x. p. 225.

nas et Hyporchemata; in Bacchum Dithyrambos et Iobacchos; in Venerem Ἐρωτικούς. NUNNES.

347, 19. ὕμνους προσῳδίους] In epitoma anonymi, quæ accessit Hephæstioni [p. 172, 6.], docetur palimbacchium vocatum προσῳδιακὸν, quod in προσῳδίοις ὕμνοις adhiberi soleret; sed qui fuerint ibi non explicatur. NUNNES.

348, 1. ἐλέγετο καὶ προσῴδιον] Julius Pollux IV. 64. τὰς πρὸς κιθάραν ᾠδὰς ἀρέσκει Κριτίᾳ ΠΡΟΣΩΙΔΙΑΣ καλεῖν: sed melius Etymolog. M. ex Didymo de poëtis lyricis, Προσῳδίαι παρὰ τὸ προσίοντας ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς αὐλὸν ᾄδειν. Διὰ δὲ τῶν ὕμνων, ὅτι τοὺς ὕμνους πρὸς κιθάραν ἑστῶτες ᾄδουσι. Qui locus germanissimus hujus: sed ille videtur sic restituendus, ἰδίᾳ δὲ τῶν ὕμνων. Quod hic planius ὁ δὲ κυρίως ὕμνος &c. Quanto melius tamen apud eundem Etymol. nescio ex quo auctore illa tria genera hymnorum antitheta repetuntur, quibus utebantur in sacrificiis, Προσῴδια, ὑπορχήματα, καὶ στάσιμα. Ut Προσῴδια essent τὰ λεγόμενα ᾄσματα εἰσφερομένων εἰς τὸν βωμὸν τῶν ἱερείων. Ὑπορχήματα autem ἅ τινα ἔλεγον ὀρχούμενοι καὶ τρέχοντες κύκλῳ τοῦ βωμοῦ καιομένων τῶν ἱερείων. Στάσιμα vero, ἃ ἑστῶτες ὕστερον ἔλεγον ἀναπαυόμενοι μετὰ τὸ κύκλῳ δραμεῖν τοῦ βωμοῦ; quæ tria deinceps accommodat strophis, antistrophis, et epodis, de quibus metrici multa, et interpretes poëtarum. De genere etiam carminis prosodiaci quale esset, in scholiis Aristophanis, et apud metricos, multa legere licet. NUNNES.

Ibid. 4. [z] εἰς πάντας νῦν γραφόμενος θεοὺς] Latini etiam de quovis carmine *paean* διὰ κατάχρησιν usurpant. Virgil. Æn. VI. 657. *Vescentes, lætumque choro pæana canentes.* Et Abronius Silo apud Senecam Rhetorem Suasor. 2. p. 23. *Ite agite, o Danai, magnum pæana canentes, Ite triumphantes: belli mora concidit Hector.* De diis inferis pæan apud Xenophontem usurpatur Helen. IV. 7, 4. ὕμνησαν τὸν περὶ τὸν Ποσειδῶ παι-

[z] Παιάν. Schol. Venet. ad Hom. Il. α'. 473. Παιηὼν καὶ παιὰν ὕμνοι εἰσὶν ἐπὶ καταπαύσει λοιμοῦ ᾀδόμενοι, πολλάκι καὶ προσδοκωμένου τοῦ δεινοῦ. Πέντε δὲ αἱ παρὰ τοῖς ἥρωσιν ᾠδαί· σωφρονιστικὸν, ὡς τὸ τοῦ ἀοιδοῦ Κλυταιμνήστρας· ἐγκωμιαστικὸν, οἷον Ἀχιλλεὺς εὕρηται ᾄδων· παιανικὸν, ὡς νῦν· θρηνητικὸν, ὅπερ ἐπὶ γυναικῶν μᾶλλον τάσσει· καὶ ὑπορχηματικόν. Cum his conferas Valckenærium ad Schol. Euripid. Phœn. 1109. Plura de hisce carminibus quærenti dabit Burettus H. A. I. T. x. p. 301.

ᾶνα: sæpe etiam Marti, et quidem ante bellum, ut post bellum Apollini, apud eundem Xenoph. Hellen. II. 4, 17. VII. 4, 36. et Plutarchum in Romulo et Lycurgo quem vide, et in T. Quinctio Flaminino, quæque infra ex Erotico ejusdem adscripsi. Ceterum de pæane, vel pæone pede, videndus est Fr. Salinas De Musica V. 9. SCHOTT.

348, 5. ἰδίως—τῷ Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι] Juvenalis Sat. VI. 171. *Parce, precor, pæan, et tu depone sagittas &c.* His Jovis et Latonæ filiis *carmen* etiam *seculare* Romæ decantabatur; semel a Catullo, bis ab Horatio Carm. IV. 6. et in fine Epodῶν. Sic itaque Flaccus: *Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem Pestemque a populo, et principe Cæsare, in Persas atque Britannos Vestra motus aget prece.* Apollo vero pestis auctor depulsorque sub imagine solis credebatur: ut ex Homeri Il. α'. cognoscitur; idemque ἀλεξίκακος, et *averruncus* priscis Latinis; καὶ λοίμιος. Παιὰν autem ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, vel ἀπὸ τοῦ παίειν. Unde ὤναξ παιὰν, pro ὦ ἄναξ dictus Apollo. Orpheus apud Hesych. ὤναξ παιὰν, ὦ βασιλεῦ, ὦ κακὰ παύων Ἄπολλον. Elegans ἀκρόστιχις ἀδήλου, ordine alphabetico exstat apud Girald. Syntag. 7. cujus hoc initium: Ὑμνείω Παιᾶνα μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα, quem hymnum explanandum duxit homo eruditiss. Jo. A. Brassicanus. Lege Macrob. Saturn. I. 17. Ἄρτεμιν vero lunam, quasi ἀερότεμιν vocant Græci, quod aëra secet. Idem Macrobius VII. extr. ex Plutarcho, et Plato in Cratylo p. 266 E. Dianæ etiam hymnus sacer *hypæpus* vocabatur, auctore Theodoreto [Ther. p. 68, 2. ed. Sylb.] *Pæanis* et *minuritionis* mentio in Cicerone de Oratore I. c. 59. quem locum illustrat H. Turnebus Advers. I. 12. ex Alexandro Aphrod. qui παιανίζειν dixit quod *pæanem citare* M. Tullius. De minuritione vero, et Plutarchus ὑγιεινοῖς, et Seneca Philosophus Ep. XIII. Pæana etiam Aristoteles lusit in Hermiam, tamquam Apollinem alterum: ut Laërtius refert, emendante ibidem εὐστόχως Casaubono, et de Hermia eunucho Suidas: cujus sive filiam sive neptem uxorem duxit, et sacra illi, ut Cereri Eleusinæ Athenienses solent, fecit: quod merito reprehendit Eusebius P. E. XV. c. 2. in Græco quidem Rob. Steph. exemplari, ut nos in vitis Aristotelis et Demosthenis admonuimus Ol. CVIII. an. 1. Ex Bacchylide quoque ἐν παιᾶσιν hanc παροιμίαν attulit Zenobius Ἄρκτου παρούσης ἴχνη μὴ ζήτει. Refert et Laërtius [VIII. 57.]

Aristotelis de Empedoclis versibus hoc judicium Homerico stylo conscriptos videri, et in Apollinem scripsisse προοίμιον, forte παιᾶνα melius legeretur, si veteres libri faverent; nihil tamen demuto. Scio enim prooemia cantuum esse. SCHOTT.

348, 12. Διθύραμβος [a] εἰς Διόνυσον] In Bacchi laudem dithyrambus a lyricis decantabatur, furore quodam Bacchico concitatis, et quasi temulentis; idque a Græcis potissimum: *minus enim est hoc genus poëmatis tractatum a Latinis* inquit Tullius, De Perfect. Or. (sic enim legendum vidit Romulus Amasæus, contra atque Turnebus emendat Advers. I. 4.) *Poëmatis*, inquit, *tragici*, *comici*, *epici*, *melici etiam, ac dithyrambici*, *quod minus est tractatum a Latinis, suum quodvis est diversum a reliquis.* Equidem tertius in M. Tullio minore vi reponere audeam, *melici,* ac dehinc *iambici.* Meminit et lib. III. de Oratore ad Q. Fratrem, *ab anapæstis licentior ille, et divitior fluxit dithyrambus.* Legend. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. VII. 5. *Dithyramborum* autem scriptores hi fere ab Athenæo nominantur: *Licymnius Chius*, *Amphis Comicus*, *Anaxandrides*, *Cleomenes Rheginensis*, *Lamprocles*, *Melanippides Milesius*, *Philoxenus Cytherius, et Telestes.* Aristoteles in [b] Poët. c. 4. Dionys. item Halicarn. περὶ Συνθ. ὀν. (p. 132. ed. Reisk.) insignem in hoc genere fuisse aiunt *Philoxenum Cytherium*, atque *Timotheum.* His adjecit Is. Tzetzes in Lycophronem Chalcidium, Rasemum(?) poëtam, *Ariona Methymnæum;* his posteriores extitere [c] *Labines*, *Lasus* (cujus et meminit Ælianus H. A. VII. 47.) *Hermioneus*, *Melanippides Milesius* dithyramborum libros reliquisse, quos et Xenophon sit admiratus, dicitur: et *Pericletes Lesbius* primus concinuisse. *Pindarus* quoque in his excelluit, ut auctor est scholiastes et Flaccus; sed interciderunt omnia. *Diagoram* etiam *Melium* primum dithyrambicum fuisse Sextus Empiricus πρὸς μαθηματικοὺς refert. Sic enim elegans scriptor IX. 53. p. 561. Διαγόρας δὲ ὁ Μήλιος διθυραμβοποιὸς, ὥς φασι, γενόμενος, ὡς εἴ τις καὶ ἄλλος δεισιδαίμων, ὅς γε καὶ τῆς ποιήσεως ἑαυτοῦ κατήρξατο τὸν τρόπον τοῦτον· "κατὰ

[a] Vide Burettum H. A. I. T. x. p. 306. Vossium Instit. Poët. III. xvi.

[b] Vide Hermanni Comment. p. 99.

[c] Perperam hæc; legendum enim cum Menagio ad Diog. Laërt. I. 42. Λάσος, Χαβρίνου, Ἑρμιονεύς. Inter dithyrambicos *Polyidum* recenset Diodorus Siculus XIV. 46. T. I. p. 679. cf. Athenæum VIII. p. 352 A.

"δαίμονα καὶ τύχην πάντα τελεῖται·" ἀδικηθεὶς δὲ ὑπό τινος ἐπιορκήσαντος, καὶ μηδὲν ἕνεκα τούτου παθόντος, μεθηρμόσατο εἰς τὸ λέγειν μὴ εἶναι θεόν. Quem eo libentius Græce, hoc est, sua, quam aliena, lingua loquentem induxi, ut videant, quanto eruditionis fructu careant, qui Græcarum literarum inscientia non contenti ab hac etiam et abhorreant vehementer, et alios improbe deterreant. Ceterum *Philoxeni* illius, cujus et *Cyclopa* poëma adnotat Zenobius, Prov. οἴῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν, et Telestæ dithyrambos ab Harpalo missos Alexandro regi una cum tragicis Æschylo, Sophocle, et Euripide, magni muneris loco, in ejus vita narrat Plutarch. p. 668 D. De quibus etiam tragœdiæ principibus, ut obiter admoneam, Ptolemæo Ægypti regi Alexandriam dono missis, legant poëticæ studiosi Galenum in Hippocrat. Epidem. III. (T. V. p. 412. ed. Basil.) ut quo in pretio haberi debeant, hic discant. Tantum de dithyramborum scriptoribus; nunc reliqua videamus. SCHOTT.

348, 10. κατὰ τὴν Νύσσαν] Νύσαν unico σ scriptum vidi in Stephano, qui decem urbes cognomines collegit: inter quas Euboica una eademque die vitem florentem fert, et racemos maturos producit. Pomponius Mela III. 7. de India: *Urbium, quas incolunt, sunt autem plurimæ, Nyssa est clarissima et maxima; montium Meros, Jovi sacer. Famam hinc præcipuam habent, quod in illa genitum, in hujus specu Liberum arbitrentur esse nutritum; unde Græcis auctoribus ut femori Jovis insutum dicerent, aut materia ingessit, aut error.* Ad quem locum olim plura annotata memini, quæ non repeto: Herodoti tantum in Euterpe c. 146. geminum locum adscribam, ut Græca cum Latinis conjungendo lector fructum referat: Διόνυσον λέγουσιν οἱ Ἕλληνες, ὡς αὐτίκα γενόμενον ἐς τὸν μηρὸν ἐνερράψατο Ζεὺς, καὶ ἤνεγκε ἐς Νύσσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτους ἐοῦσαν ἐν τῇ Αἰθιοπίῃ. Theocritus Id. XXVI. 33. quod Bacchæ inscribitur: Χαίροι μὲν Διόνυσος, ὅν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγουνίδα θήκατο λύσας. SCHOTT.

Ibid. 11. ἐπ' ἄντρῳ διθυράμβῳ] *In antro bifori*, reddidi: δίθυρον enim *bivallem*, seu *bipostem portam* significat. Vide Phornutum et Lexicographos Græcos. Δίθυρα, hoc est, *bivalvia*, in foliis dixit Aristoteles lib. De Juventute et Senectute c. 1. p. 62, 16. ed. Sylburg. In antro autem nutritum Bac-

chum Pausanias in Laconicis c. 24. p. 272. auctor est, campumque ipsum, *Διονύσου κῆπον*, hoc est, *Bacchi hortum* appellatum. *Διθύραμβος* igitur, vel quod bis natus, duabus januis egressus in lucem Bacchus, semel ex utero materno, Semeles fulgure ictæ, iterum ex Jovis femore, ut ex ejusdem cerebro Pallas; *ἀπὸ τοῦ Διονύσου, τοῦ ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθόντος*, inquit interpres Pindari, dithyrambici summi, et Isacius in Lycophronis Proleg., vel quod ex Jove et Cerere natus discerptus a Titanibus sit, a matreque recoctus et in vitam revocatus; ut Diodorus Sic. III. 62. Origenes contra Celsum p. 171. ed. Spencer. et Eusebius narrant. Hinc et Βιμάτωρ est Orpheo; ab Ovidio vero *bimater* redditur Metamorph. IV. 11. *Turaque dant Bacchumque vocant, Bromiumque Lyæumque, Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.* Phornutus vero a Rhea deum matre secundo compositum ait: qui et διθύραμβον dictum putat, quod *arcanum demens detegat ebrietas:* ebrius enim et temulentus, vas est rimarum plenum, hac illac perfluens. Ridet hæc deliramenta, et quidem merito, Arnobius Adv. Gentes I. et V. Tu vide et Macrobium in Somnium Scipionis I. 12. SCHOTT.

348, 12. *λυθέντων τῶν ῥαμμάτων*] Esset itaque *διθύραμβος*, quasi λυθίραμβος, per *ι* scribendum; quod dum Bacchum parturiret femori assutum, acclamarent nymphæ, *λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα, solve ligaturam.* Sed in his compositionibus ludentes nimium quantum sibi indulgent acuti, (tum vero præcipue Stoici,) originationum interpretes, et sæpe etiam *φλυαρώδεις*. Sed hic lege Etymologum Magnum. [*Διθύραμβος, ὁ Διόνυσος. Ἐπίθετόν ἐστι τοῦ Διονύσου ὅτι ἐν διθύρῳ ἄντρῳ τῆς* Νύσσης *ἐτράφη. Καὶ ὁμωνύμως τῷ θεῷ ὁ εἰς αὐτὸν ὕμνος.* Ἢ *ἀπὸ τοῦ δύο θύρας βαίνειν, τήν τε κοιλίαν τῆς μητρὸς Σεμέλης, καὶ τὸν μηρὸν τοῦ Διός· ἵν' ᾗ ὁ δὶς θύραζε βεβηκώς.* Π*ίνδαρος δέ φησι λυθίραμβον.* (T. III. p. 66.) *καὶ γὰρ Ζεὺς, τικτομένου αὐτοῦ ἐπεβόα, Λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα·—ἵν' ᾗ λυθίραμμος καὶ διθύραμβος κατὰ τροπὴν καὶ πλεονασμόν.*] SCHOTT.

Ibid. 13. *Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει*] Locus Pindari est Olymp. XIII. 26. et *βοηλάτην* eum nominat, vel quod cum clamore accinebatur, vel quia victoribus bos erat præmium, ut interpreti placet[d]. *Tripodem* autem præmio dari solitum

[d] Vide Bentleii Dissert. Phalarid. p. 302. cf. eundem p. 295.

in Prolegom. Tzetzæ in Lycophronem lectum est; qui et primum dithyrambum Corinthi a Philoxeno Cytherio institutum ait; ab Arione Aristoteles, ut hic Proclus refert. Locum enim adhuc requiro, nisi forte in iis, quæ extremo lib. III. Poëticæ interciderunt. Nunc Dircæi vatis lyram jucundam audiamus: *ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον. Διονύσου πόθεν ἐξέφαναν Σὺν βοηλάτᾳ χάριτες διθυράμβῳ.* Ubi scholiastes, quisquis is est, primum in Naxo, deinde Thebis, post Corinthi, repertum primum dithyrambum, ejusque sententiæ auctorem facit Pindarum ipsum dithyrambopœum, optimum eorum qui temporis injuria perierunt. Quid est, si hoc non est, pugnantia dicere? SCHOTT.

348, 16. *Ἀριστοτέλης Ἀρίωνα λέγει*] Philoxenus primus hoc reperit, si credimus Tzetzæ in Lycophronem. Nusquam autem in his quæ exstant, quod sciam, Aristotelis libris de Arione legitur. Scripserat fortasse tribus illis libris de poëtis, qui citantur a Plutarcho in Homeri vita; aut in Poëticis quæ perierunt; nam tantum habemus primum eorum librorum; aut certe *ἐν ταῖς διδασκαλίαις*, ubi et dithyrambici commemorabantur. Vide Harpocrationem in *Διδάσκαλος*. Multa autem legitur de eo argumento scripsisse apud auctorem optimum ejus vitæ anonymum, qui per me lucem aspexit: ex quo decurtato vita illa descripta, quæ præponitur Comment. Ammonii in Categorias. Sed quid propero? Arionem auctorem fuisse hujus chori prodiderat antea Hellanicus in Cranaicis, et post Aristotelem Dicæarchus *ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων*. Antipater tamen et Euphronius ad Lasum Hermioneum referunt. Scholiastes Aristoph. *ἐν Ὄρνισι* v. 1403. NUNNES.

Ibid. *τὸν* [e] *κύκλιον χορὸν*] Tzetzes in Lycophr. Cyclios in choris conficere circulum constantem viris quinquaginta, totidemque et in dithyrambicis, commune enim id esse utrisque, sed de choris Suidas legendus, et quæ de Cyclicis supra observanda docui. SCHOTT.

Ibid. 18. [f] Νόμος] *Nomus*, modus, seu modulatio quædam

[e] V. Lennep. Phalar. Epist. XCVI. p. 270. Schol. Æschin. p. 99, 12.

[f] De Nomis consulendi J. C. Bulengerus De Theatro lib. II. c. xxviii. Thesaur. Antiq. Grævii T. IX. p. 1036. c. xlii. p. 1054. Salmasius ad Jul. Capit. p. 70. et Spanhemius ad Callimachi H. Del. 304. Adde Burettum in *Mémoires de Littérature* Hist. de l'Acad. des Inscript. T. X. p. 218. 232.

carminis. J. Pollux IV. 9. *περὶ ἁρμονικῶν αὐλητικῶν*, Aristoteles in Poëtica, et Problem. XIX. 28. (cf. 15.) ubi nomos exponunt *odas*. Plutarchus Sympos. VII. quem et lege De Musica p. 1132. et Athenæum XIV. Apud Suidam alia significatio in *νόμοι κιθαρῳδικοὶ* ex eodem Aristotele, alia item notione Aristophanis interpres doctissimus Equit. init. in hunc versum *συναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον*. Athenæus XIV. p. 619 C. tradit *cantionem nomiam* ab Eriphanide Menalcæ venatoris amore capta vocari. SCHOTT.

348, 19. *νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων*] *Νόμιος* vocatur, una dempta litera, apud Macrobium et Phornutum; sed et hi sententiis variant. A pastorali cura *παρὰ τὸ νέμω*, *Νόμιος*, Phornutus; nam et Admeti regis pecora pavisse fabulantur poëtæ; ille vero, *quia sol, qui Phœbus est, pascit omnia quæ terra profert, unde non unius generis pecorum, sed omnium pastor canitur*. Sic enim Macrobii verba leniter immutanda putavi Saturn. I. 17. Theocritus Id. XXV. 21. *Χλωρή τ' ἀγριέλαιος, Ἀπόλλωνος νομίοιο Ἱερὸν ἁγνὸν, ξεῖνε, τελειοτάτοιο θεοῖο*. Callimachus H. Apoll. 47. *Φοῖβον καὶ νόμιον κικλήσκομεν ἐξ ἔτι κείνου Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρύσῳ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο*. Et Maro, quem nihil Græcorum arcanorum fugit, Georg. III. init. *Pastor ab Amphryso*. Et Lucanus Phars. VI. 367. *et flumine puro Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi*. Proclus noster et Pindari scholia a *νόμῳ Νόμιον* derivant, a musico nimirum modulo; M. vero Tullius a legum severitate cum Arcadibus Apollo imperaret *Nomionem* appellat Nat. Deor. III. 23. Probus Grammat. in Virgil. Georg. I. ad illud *et cultor nemorum cui pinguia Ceæ*, Aristæum in deorum numerum relatum ait, appellatumque *Nomium* et *Ægoros*, quod et agresti studio et cura pecorum armentorumque non mediocriter hominibus profuisset, idque ex Varronis Attacini Argonauticis. Verum ex Apollonii Rhodii *Ἀργοναυτικοῖς*, quando Varronis interierunt, emendandum esse *ἀγρεὺς* pro *Ægoros*, quod depravatum est, primus vidit Lilius Giraldus, Syntagm. 1. in *Aristæo*, et 2. in *Jove Icmæo*. Reliqua suggerent scholiastæ Apollonii, qui appellationis causam reddunt, ut et Pindari interpretes; qui vates in Pythiis IX. 115. Jovem et Apollinem, singulos Aristæos nominatos ait, ut et *ἀγρέα καὶ νόμιον*. Sed plura G. Lilius Syntagm. 7. et alibi, quæ non

describo. Νόμιμος autem recipio præ illo Νόμιος. Quamvis enim Νόμιος dictus Apollo ἀπὸ τῆς νομῆς, aut ἀπὸ τοῦ νομεύς; hoc tamen loco ἀπὸ τοῦ νόμου usicæ ducitur etymon indicio, ut dixi, Procli et Pindari scholiastæ, quod ad Apollinis templum solus Chrysothemis absque choro nomon primus cecinisset. At a nomine νόμος nullo modo νόμιος sine altero μ oriri potest, sed omnino paronymon ejus est τὸ νόμιμος, ut νόμιμα βαρβαρικὰ liber Aristotelis a M. Varrone L. L. VI. p. 76. citatus, et ab Athenæo ejusdem Τυρρηνῶν νόμιμοι I. p. 23 D. Quare νόμιμος retinendum puto. SCHOTT.

348, 19. Quod Apollo quidem Νόμιος, et pastor Admeti, sexcenti testes. Sed quod Νόμιμος ἀπὸ τῶν νόμων diceretur, singulare prope est, nec alibi, quod sciam, lectum. In Schol. Aristoph. ἐν Ὄρνισι 746. cum chorus ait, Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω, sic legitur, Ἐπεὶ νόμιος ὁ θεὸς καὶ ὄρειος, καὶ τῶν ὀρνέων δ' ἐν ὄρεσιν αἱ διατριβαί. Retineo tamen scripti libri lectionem. NUNNES.

Ibid. 20. ὅτι τῶν ἀρχαίων χοροὺς ἱστάντων] Aristot. Problem. XIX. 15. docet nomorum poëma ἀγωνιστικὸν factum, ob eamque causam carere antistrophis. Dithyrambicum item prius tantum choricum fuisse, post in ὑπόκρισιν mutatum; quod hoc loco nomis contigisse diserte refert Proclus. NUNNES.

Ibid. 21. Χρυσόθεμις ὁ Κρῆς] De hoc in notis ad illud ἀποσπασμάτιον falso adscriptum Censorino. NUNNES.

349, 1. πρῶτος στολῇ χρησάμενος] Quam belle hæc illustrantur illa descriptione citharœdi Lib. IV. ad Herennium c. 47. *Uti citharœdus cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum clamyde purpurea, coloribus variis intexta, et cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro et ebore distinctam: ipse præterea forma et specie sit et statura apposita ad dignitatem &c.* NUNNES.

Ibid. 4. Τέρπανδρος μὲν πρῶτος] Huic nomi inventionem plerique acceptam referunt; nonnulli Philammoni, alii Clonæ. Plutarchi verba comment. de Musica audiamus p. 1132 C. ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν, τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια, ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι· καὶ Πολύμνηστον τὸν Κολοφώνιον τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον, τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν. Et Plinii VII. 56.

Citharam Amphion, ut alii, Orpheus, invenit. Septem chordis tribus ad quatuor additis Terpander: octavam Simonides addidit; nonam Timotheus. SCHOTT. v. Santen. ad Ter. Maur. p. 150.

349, 4. Fortasse ex his quæ sequuntur de Phryne certo conjicere licet, ut Chrysothemis solutis numeris nomos canere cœpisset: ita solent initia rudia et impolita esse: deinde Terpander perfecit illud carmen numero heroico: post Phrynes ἐκαινοτόμησε addens soluto τὸ ἡρῷον. Hæc si Pet. Victorius vidisset, οὐχ ἁπλῶς pronunciasset dithyrambicos heroico usos. De modis quos adjunxit Chrysothemis citharæ non satis exploratum ex illo ἀποσπασματίῳ quod Censorino falso inscriptum: tamen si quis acute consideret, percipi ex eodem posse videtur, ab Apolline τρίχορδον tantum instrumentum repertum, qualis noster *Rabiquete*, pastoricium: huic additam paramesen chordam a Lino Apollinis F. (nam *nymphæ* in illo loco plane suspectum) factamque citharam tetrachordon, quam nostri flexo inde nomine *Gitarram* vocant. Illi a Chrysothemide additum alterum tetrachordon τῶν συνημμένων, factamque citharam ἑπτάχορδον, quæ nostris *Vibuela, o laud de siette cuerdas.* Post a Terpandro alterum huic tetrachordon τῶν διεζευγμένων adjunctum, quam nostri *Tumbam undecim chordarum* appellant. NUNNES.

Ibid. 6. Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος] Nota in vulgus historia, sive fabula ea est, de Arione delphino vecto; qui Tarento Corinthum trajicere cum vellet, a nautis in mare præcipitatus, tergoque delphini exceptus, in Tænarum delatus est, ex Herodoto in Clione, Plinio IX. 8. et ibi notata Dalechampio, Plutarch. Conviv. p. 161 B. Ælian. H. A. VI. 15. XII. 45. Fabii dicterio Inst. Or. VI. 4. Agellio XVI. 19. Hygino Astron. II. 18. Ovid. Fast. II. 83. Bianor in Antholog. I. p. 62. ed. H. St. Anal. Brunck. II. p. 156. IV. p. 348 = 154. Herodoti verba, ob singularem scriptoris amœnitatem, non pigebit exscribere. Is enim in Κλείῳ primum Corinthi dithyrambum docuisse refert (quod hic ad Aristotelem Proclus retulit) Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενεχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ οὐνομάσαντα, καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Huncque a nautis improbis in mare desilire coactum ait, στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι διεξελθεῖν νόμον

τὸν ὄρθιον· τελευτῶντος δὲ τοῦ νόμου, ῥίψαι μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωϋτόν. Quæ sic Agellius Latine reddidit XVI. 19. *Stansque in summæ puppis foro carmen quod orthium dicitur voce sublatissima cantavit. Is loco et oppido Methymnæus, terra atque insula omni Lesbius fuit.* Sic ille: in quo suspecta mihi de mendo vox illa *sublatissima* dure ferit aures: tentabam *sublata et ima:* est enim dithyrambus numeris innumeris solutus, ut Flaccus canit; sed nihil absque librorum veterum auctoritate temere mutandum censeo. Porro et illud observa; Θούριον λογοποιὸν (ut Herodotum appellat Julianus Imp. in Epist.) non distinxisse videri alba, quod aiunt, linea *nomon* et *dithyrambum:* cum tamen νόμος in Apollinis, διθύραμβος vero in Bacchi honorem caneretur, sitque ille canendi modulus cum certo intensæ remissæque vocis flexu, dithyrambus vero numeris solutus feratur. *Orthius* autem modus Palladis est, argumentum bellicum habens; ut Timotheus Alexandro regi ostendit, inquit Plutarchus in Musica[g], et Eustathius Il. λ'. p. 827=758, 8. τοιοῦτος γὰρ παρὰ τοῖς μουσικοῖς ὄρθιος νόμος, ἤγουν τρόπος ἐκεῖνος ᾠδῆς εἰς πόλεμον ἐρεθιστικός. Τιμόθεος οὖν ὄρθιον ᾄσας τοσούτου τὸν Ἀλέξανδρον ἄρεος ἔπλησεν, ὡς εἰς τὰ ὅπλα εὐθὺς ἐκεῖνον ἀναπηδῆσαι. *Orthrium* alii vocant et Dianæ attribuunt: de quo ejus cognomento L. Giraldus Syntagm. 12. et 1. de Historia poëtarum. Ὄρθριος vero quid ab illo differat Phrynichus lexicogr. in Atticismis docet; etsi Glareanus *orthrium* tuetur. *Orthium* vero rescribendum putat J. Hartungus Dec. III. c. x. SCHOTT. v. Santen. ad Ter. Maur. p. 148.

349, 9. καὶ χορδαῖς τῶν ἑπτὰ πλείοσιν ἐχρήσατο] Non Phryno, sed Timotheo uno ore omnes attribuunt. Pausanias in Laconicis, III. xii. p. 237. ἐνταῦθα ἐκρέμασαν Λακεδαιμόνιοι τὴν Τιμοθέου τοῦ Μιλησίου κιθάραν, καταγνόντες ὅτι χορδαῖς ἑπτὰ ταῖς ἀρχαίαις ἐφεῦρεν ἐν τῇ κιθαρῳδίᾳ τέσσαρας χορδάς. Ceterum ψήφισμα a Lacedæmoniis contra Timotheum latum, etiamnum in Boëthii Severini de Musica Comm. legitur, dialecto Dorica, hoc est, veteri Spartanorum lingua, ρ literam loco σ substituente, scriptum, quod communi dialecto editum a G. Lilio in Historia poëtarum; castigatius vero a Paullo Leopardo

[g] Hanc historiam narrant Dio Chrysostomus *De regno* Or. 1. init. et Basilius *De leg. Græc. Libris* p. 99. ante Stobæum Grotii. Eandem Antigenidæ ἁρμάτειον νόμον canenti tribuit Plutarchus de Alex. Fort. p. 335 A.

Miscell. VIII. 14. quod et nos ex Boëthii codice perveteri Bibliothecæ Toletanæ olim contulimus[h]: Ἐπειδὴ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος παραγινόμενος εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν τὴν παλαιὰν μολπὴν ἠτίμαξε, καὶ τὴν διὰ τῶν ἑπτὰ χορδῶν κιθάρισιν ἀποστρεφόμενος πολυφωνίαν εἰσάγων λυμαίνεται τὰς ἀκοὰς τῶν νεῶν διὰ τῆς πολυχορδίας· καὶ γὰρ καινότητα τοῦ μέλους ἤνεγκε, καὶ ποικίλην ἀντὶ ἁπλῆς καὶ τεταγμένης ἀμφιέννυται τὴν μολπὴν ἐπὶ χρώματος συνιστάμενος τὴν τοῦ μέλους δίεσιν ἀντὶ τῆς ἐναρμονίου ποιῶν ἀντίστροφον ἀμοιβήν· παρακληθεὶς δὲ καὶ ἐς τὸν ἀγῶνα τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος ἀπρεπῆ διεσκεδάσατο τὴν τοῦ μύθου διδαχήν· τὴν γὰρ Σεμέλης ὠδῖνα οὐκ ἔνδικα τοὺς νέους διδάσκει (aliter ἐδίδασκε·) δεδόχθαι φαμὲν περὶ τούτων τοὺς βασιλέας καὶ τοὺς ἐφόρους μέμψασθαι τὸν Τιμόθεον, ἐπανακτᾶσθαι δὲ καὶ τῶν ἕνδεκα χορδῶν ἐκταμόντας τὰς περιττὰς ὑπολειπομένας τὰς ἑπτὰ, ὅπως ἕκαστος τὸ τῆς πόλεως βάρος ὁρῶν εὐλαβῆται εἰς τὴν Σπάρτην ἐπιφέρειν τι τῶν μὴ καλῶν ἐθῶν, μή ποτε ταράττηται κλέος ἀγώνων. Athenæus quoque XIV. p. 636 E. accusatum ait Timotheum, quod veterem musicam labefactaret atque corrumperet; quemadmodum Plato et ex illo M. Tullius Legg. II. 15. III. 14. musicam mutari vetabat, quod hæc fere mutationem reip. adferret: (ut hodie religionis immutatio: unde tot tragœdiæ, cædes, rerump. interitus &c.) Sic enim divinus ille philosophus De Repub. IV. p. 447 A. εἶδος καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον, ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα. Οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὥς φησί τε Δάμων, καὶ ἐγὼ πείθομαι. Cumque chordas supervacuas præcidere quidam paratus esset, ostendisse Timotheum, stantem apud ipsos, exiguam Apollinis imaginem, in cujus lyra tot essent fides et eodem situ et ordine porrectæ, ideoque absolutum. Rursum Athenæus VIII. p. 352 A. Polyidæ glorianti quod discipulus ejus Philetas Timotheum canendo vicisset: *Miror*, inquit, *si ignoras Timotheum νόμον condere, Philetam vero* ψηφίσματα, ludens in ambiguo, ut ego quidem accipio. *Lex* enim et *νόμος* Græcis et musicis modulus est: *decretum* vero respexit quo damnatus Timotheus est. Ibidemque dithyrambum de Semele Bacchum parturiente docuisse refert Timotheum. SCHOTT.

[h] Confer omnino ed. Oxon. 1777.

349, 10. *Τιμόθεος ὕστερον εἰς τὴν νῦν ἤγαγε τάξιν*] De Timotheo Suidas scribit, molliorem factam ab illo musicam; de quo etiam legimus in eodem illo Fragmento Censorini auctam ab illo citharam fuisse duobus *τῷ παραμέσῳ καὶ τῷ ὑπερβολαίῳ*, ut esset quatuor tetrachordorum; quibus terminis in commune vocis humanæ remissionem et intentionem prisci circumscribi notarunt. Legimus tamen apud Suidam a Terpandro primum heptachordum inventum, et a Timotheo additam decimam et undecimam chordas; etsi in fragmento quod adjunctum legitur Nicomachi Harmonicis dicitur nona chorda addita a Theophrasto quodam Pierita, decima autem ab Histiæo Colophonio, at undecima a Timotheo Milesio. Apud Bryennium cap. de Tono, [p. 382. ed. Wallis.] hic locus exstat de his ex Ione, et Terpandro: *ἐπὶ μὲν τοῦ φθόγγου χρῶνται τῷ ὀνόματι οἱ λέγοντες ἑπτάτονον τὴν φόρμιγγα, καθάπερ Τέρπανδρος καὶ Ἴων. Ὁ μὲν γάρ φησιν, Ἡμεῖς τοι τετράγηρυν ἀποστέρξαντες ἀοιδὰν, Ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους. Ὁ δ' ἐν δεκαχόρδῳ λύρᾳ, τὴν δεκαβάμονα τάξιν ἔχουσα, Τὰς συμφωνούσας ἁρμονίας τριόδους, Πρὶν μέν σ' ἑπτάτονον ψάλλον διὰ τέσσαρα πάντες Ἕλληνες, σπανίαν μοῦσα ἀειράμενοι.* Sed de his omnium optime Franc. Salinas Salmanticæ Professor, musicorum Homerus, in suis de Musica libris. Ex hoc loco illustremus illum Pasicratis *ἐν τῷ α' τῶν μετὰ τὰ φυσικά.* [Aristot. p. 28, 22. ed. Sylburg.] *Εἰ δὲ μὴ Φρύνις, Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο.* NUNNES.

349, 12. *διθύραμβος—πολὺ ἐνθουσιῶδες*] *Dithyrambus* enim in Bacchi, *nomos* in Apollinis, ut dixi, honorem decantabatur. Ille in furorem agebat, cornuaque, ut poëtæ loquuntur, addere solet; hic vero Musis cum præsit, unde et *Musagetes;* et poëticæ artis auctor sit, quietus est: ille solutus, hic numerosus; ille audax, hic concinnum poëma postulat. Bacchatur in orgiis dithyrambus, hinc proverbia, *διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχειν ἐλάττονα. Dithyrambus non est, si bibat aquam,* aliaque id genus. Vide Suidam, et Zenobium in proverb. *Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον,* et Strabonem VIII. p. 584=552. Heliodor. Æthiop. II. p. 102, 6. *ἐπεισόδιον δὴ τοῦτο οὐδέν φασι πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεισκυκλήσας.* Character itaque diversus. *Nomos* enim, ut et vox sonat, legibus vinctus et adstrictus, solutus contra *dithyrambus* et liber; unde et *lyæus, liberque* dictus, et

audax. Observavi tamen commutari hæc nomina interdum solere, et, nisi quid judicans fallor, confundi nonnunquam, ut et supra monui, et ex Aristotele clarum est. Quærit enim Problem. XIX. 15. quamobrem *nomi* sine conversionibus a poëtis scriberentur, cum alia cantica chororum per conversiones strophorum et antistrophorum, et epodi scriberentur a lyricis. Subdit, *οἱ διθύραμβοι, ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκ ἔτι ἔχουσιν ἀντιστρόφους, πρότερον δ' εἶχον.* SCHOTT.

Ibid. 15. *καὶ ἁπλουστέραις δὲ κέχρηται λέξεσιν*] Atqui *dithyrambi* verba sunt nodosa, composita, tumentia, et ut Flaccus alibi, *sesquipedalia :* vel, ut Græci literatores vocant, *πολύπλοκοι λόγοι.* Sic enim in Poëtica Aristoteles, *τῶν δὲ ὀνομάτων τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις.* Et Rhet. III. 9. *τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί.* Hinc et *dithyrambica oratio* pro obscura, Platoni in Phædro p. 341 D. Ἐὰν ἄρα *πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς· τὰ νῦν γὰρ οὐκέτι πόρρω διθυράμβων φθέγγομαι.* De quibus et criticus Dionys. Halic. Epist. ad Cn. Pompeium; cujus verba initio retuli. Plutarchus [Philostratus] quoque in vitis Sophistarum sæpe *διθυραμβῶδες* dixit pro *tumentia et grandia dicere.* Certe talia mihi Nonni Panopolitani *Διονυσιακὰ,* et forte Dionys. Βασσαρικὰ a Stephano lib. de urbibus aliisque laudata, et Lycophronis Cassandra esse videntur, licet epico non melico carmine conscripta: adeo dithyrambicorum, hoc est, compositorum verborum plena sunt omnia, ut ægre reddi Latine queant: cum Græci Romanis compositorum in vocibus felicitate longe antecellant. Talia et illa fortasse apud Latinos in elegantissimo illo Catulli Galliambo in Cybelen, a Cæsare Scaligero valde probata, *hederigeræ, hederifugæ :* et *ubi cerva sylvicultrix, ubi aper nemorivagus.* Quodque ejusdem, ex Vere, citat Fl. Sosipater IV. p. 241. *Concitum tetuli gradum ;* pro *tuli,* aliaque sexcenta. Nec compositis tantum vocibus, sed et audacter traductis utebantur dithyrambici. Hoc adeo verum esse didici ex Eustathio in illam Il. B. auream *γνώμην.* *Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλεν.* Sic enim doctissimus ille interpres. *Ἰστέον δ' ὅτι πάντως εὐρυκρείων ᾧ λαοὶ ἐπιτετράφαται, καὶ ὅτι δοκεῖ εὐλόγως παρὰ Λάκωσι Ζεὺς Ἀγαμέμνων ἐπιθετικῶς εἶναι, ὡς*

ὁ Λυκόφρων λαλεῖ· Ἀγαμέμνων τε γὰρ εὐρυκρείων, καὶ Ζεὺς εὐρυμέδων. Εἰ δὴ ταυτὸν εὐρυκρείων καὶ εὐρυμέδων, λέγοιτ᾽ ἂν διὰ τοῦτο διθυραμβικώτερον καὶ Ἀγαμέμνων Ζεὺς, καθότι καὶ εὐρυκρείων.

Libet nunc et Horatium Flaccum in partes vocare, quo nemo clarius de dithyrambis inter Latinos scripsit (Græcos enim semper excipio, in omni re diligentiores accuratioresque,) idque eo libentius, quod hanc Odam IV. 2. quæ de Pindari est dithyramborum principis laudibus, nemo satis diligenter, quam quidem viderim, explanarit. Venusinus vero Pindarus sic de Dircæo vate, Thebis nato, quod et Bacchi natale solum poëtæ fingunt: *Fervet, immensusque ruit profundo Pindarus ore, Laurea donandus Apollinari, Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit, numerisque fertur Lege solutis.* Quo loco perinde sudant interpretes hodie, ut qui Olympia certabant, vel ad Eurotam fluvium Laconum exercebantur; quasi hic crucem posteris fixisse poëta videatur. Hugolinus Martellius, Etruscus, singulari edito libro, τὸ *audaces* ad διανοίας, quæ materia sit: *nova verba,* ad λέξεως quæ instrumentum; *numeros lege solutos,* ad ῥύθμον καὶ μέτρον methodum refert: quæ tria fere in omni scriptionis genere considerari solent; nam et idem Horatius in A. P. *Verbaque prævisam rem non invita sequentur.* Sed non sequor; neque enim *audaces verba* et *numeri* ita opponuntur, ut tua illa διάνοια, λέξεις, καὶ μέτρον, quod postulat illa ἑρμηνεία. Non me fugit J. Scaligerum, P. Victorium, et F. Robortellum, bone Deus, quos et quantos viros, audaciam dithyramborum aliter interpretari. Illi ad numerorum incertum modulum libertatemque carminis referunt: hic vero ad verborum novationem traduxit; quæ duo a Flacco mox subjici quis non videt? Acro vetus interpres τὸ *audaces* dupliciter videtur explicasse, aut quia vehementiores ceteris rhythmis, aut propter verborum innovationem. Posteriorem explanationem secutum video Robortellum. Porphyrio ad scriptum Pindari refert, quo raptus multum sibi permisit, et ausus hoc genere metri novas historias canere; de qua Porphyrionis explicatione nihil possum existimare, quando Pindarici dithyrambi perierunt. Acronis utraque et illa Scaligeri et Victorii consentiunt naturæ dithyramborum, quam quidem ex veterum scriptis

noscere datum est. Sequor itaque aut priorem Acronis, aut posteriorem copulatam cum illa Scaligeri; ut *audaces* quidem dicantur, et quod sint *καινοτόμοι*, et quod exleges et *ἀθέμιστοι*. Utrumque enim magnæ audaciæ argumentum. Ita non erunt tria *ἀντίθετα*, ut voluit Martellius; quod nec verba Horatii præ se ferunt; sed duo posteriora, quod est apud omnes Græcos Latinosque scriptores frequentissimum, erunt *ἐπεξηγήσεις* prioris. Atque utinam non in reliqua odæ parte explananda eum fugisset ratio. Subjicit enim, quoniam *lyricæ*, inquit, *poëseos finis est laudatio;* quatuor laudationum formæ totidem versibus proponuntur a Flacco. Sed o felicem illum, qui potuerit *τὰ πολλὰ εἰς ἓν συναθροίζειν*. Fortunatos enim eos judicat apud Platonem Socrates, qui hac facultate valerent. Censetne tot tamque varios Odarum Horatii judices *καὶ ἐπιγραφὰς, πρὸς μίαν φύσιν* pertinere? Quid autem commune *τοῖς παραινετικοῖς* cum encomiasticis? Illis monemus, ut plerumque Anacreon et Horatius *τὰ Ἐπικούρεια*: his laudamus. At commune utriusque *τὸ πείθειν* esse dicit. Ἀλλὰ *τὸ πείθειν* est finis, non poëticæ, sed rhetoricæ; quem cum adhibet poëta, rhetoris personam induit. Ἡ *διάνοια γὰρ τῆς ποιητικῆς* ex rhetorum fontibus petenda, ut in Poëticis docuit Aristoteles, philosophorum prope deus. Quid præterea commune his duobus generibus cum aliis odis? ut cum quinta et 13. lib. 1. ut ceteras mittam, quæ longissime ab utroque genere abhorrent. Assentior itaque iis, qui hunc lyricæ finem proponunt, animos hominum, qui hæc legerint audierintve, exhilarare, et levare gravitate illa heroica, asperitate iambica, et comica, et acerbitate sensus tragica, atque elegiaca; ut ad musicæ finem, cum qua arctissimum illi vinclum intercedit, quam proxime accedat. Nam in *epicediis* et *threnis*, quos canit: *dum vires, animumque moresque Aureos educit in astra, nigroque Invidet Orco.* Qui necessitudine aliqua defunctos attingunt, immensum quantum in ea etiam doloris acerbitate non solum mitigantur, verum etiam quodammodo gestiunt et exsiliunt. Sed de fine satis superque. Ad formas lyricæ veniamus, quas quatuor esse ex Horatii locis elicere conabor. Vel enim dithyrambicis versibus homines in Dionysiacis et Orgiis divino numine pleni, quasi *ἐνθουσιασμῷ* rapiebantur; vel dii, deorum filii reges laudabantur, ut ad imitationem

alii raperentur; vel res præclare gestæ virtutesque hoc carmine celebrabantur, vel denique ut fidus amor ab oblivionis injuria vindicetur, studiose dant operam. In his fere omnis lyricorum opera consumitur. Sic itaque poëta: *Seu deos, regesque canit deorum Sanguinem &c.* Quot etiam lyricorum argumenta 4. idem in Epistola ad Pisones complexus est. *Musa dedit fidibus divos, puerosque deorum, Et pugilem victorem, et equum certamine primum, Et juvenum curas, et libera vina referre.* Non enim evincit Martellius, nec mihi persuadet; fortasse nec aliis eruditioribus. Neque enim duo illi loci, quos inter se componit, quasi gemini sint, eadem volunt. Horatius certe in Odis, ut mihi quidem videtur, non est τεχνικός: nec ab illo exspectandum, ut ἀκριβέστατα genera lyricorum (quæ poësis πολυμερεστάτη est, et διαφόρους ἔχει τομὰς, ut vere noster ait Proclus,) distinguat et partiatur. Satis est illi in ea Oda aliquot genera recensere eorum, quæ Pindarus suis hymnis prosecuturus erat. Hæc si spectasset Hugolinus, non in eos se errorum laqueos induisset, dum nimis methodicus esse vult. Facit enim tertium genus lyricæ, *res præclare gestas canere.* An excidit illi vetus illud rhetorum præceptum, in incunabulis etiam artis bene dicendi decantatum, αἱ πράξεις κυριώτατον κεφάλαιον τῶν ἐγκωμίων; qui igitur hoc genus audet a primo et secundo sejungere? partem κυριωτάτην toti detrahere? Abi: exime cor aut cerebrum homini, quæ spes reliqua erit? Illud autem ex Ep. ad Pisones — *et libera vina referre,* quod est plane Anacreontium, ubi legitur in oda illa de Pindaro? Sed reprimam me; nec enim illi Procli Chrestomathiam legere contigit; cujus divisionem qui legerit, næ ille ἀκριβεστέραν non admodum requiret. Omnis enim poësis lyrica *aut ad deos, aut ad homines, aut ad utrosque denique pertinet*; nam quartum idem rejicit. Horum generum formæ sunt multæ, quarum aliquot ab Horatio, plures a Proclo nostro recensentur. SCHOTT.

349, 15. ἁπλουστέραις κέχρηται ταῖς λέξεσι] At Aristoteles in Poëticis τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις. Et Rhet. III. 3. χρησιμώτατον ἡ διπλῆ λέξις τοῖς διθυραμβοποιοῖς. et addita ratione. Idem Schol. Aristoph. Nub. 334. et Pac. 829. et alii. Hanc ego difficultatem sic explico ex loco illo Aristotelis Rhet. III. 3. ut sesquipedalia illa nomina, quibus

utebantur dithyrambici, dicantur ἁπλούστερα, quia minus εὐσύνθετα nec tam facilis et proclivis eorum compositio atque εὔφωνος, quam vulgarium. In nomis vero διπλασίαι λέξεις, sed εὐσύνθετοι. Si exstarent dithyrambi et nomi, illustrius ista cernerentur. In dithyrambo illo Pindari (T. III. p. 67.), qui legitur apud Dionys. Halicarn. ἐν τῷ περὶ συνθέσεως (p. 180. ed. Upton.), duo illa nomina juncta ἐαριδρέπτων, et ἑλικάμπυκα. Sed illis duriora etiam et horridiora deprehenduntur, ut illud στρεπταίγλαν Philoxeni. NUNNES.

349, 16. ὁ δὲ νόμος τοὐναντίον διὰ τῶν... ἀνεῖται] Quid desit affirmare non possum, fortasse ἠθῶν. Sunt enim τὰ ἤθη ἀντίθετα τοῖς πάθεσι: et de dithyrambo, quem comparat cum hymno nomico, dixerat εἰς τὰ πάθη κατασκευαζόμενος. NUNNES.

Ibid. 17. καὶ τοῖς ῥυθμοῖς] Dionys. Halicarn. περὶ συνθ. ὀνομ. ed. Upt. p. 156. Οἱ δὲ διθυραμβοποιοὶ καὶ τοὺς τρόπους μετέβαλλον, Δωρίους τε καὶ Φρυγίους καὶ Λυδίους ἐν τῷ ᾄσματι ποιοῦντες, καὶ τὰς μελῳδίας ἐξήλλαττον, τότε μὲν ἐναρμονίους ποιοῦντες, τότε δὲ χρωματικὰς, τότε καὶ διατόνους, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν. Aristoteles vero Polit. VIII. 7. *Phrygia*, non *Dorica* indigere harmonia dithyrambos ait; Phrygius enim modus vehemens appellatur et violentus a Luciano, hominem concitat, et in furorem accendit. Hinc et materia petita a declamatoribus apud Fabium Quinctilianum I. 10. Lege et de Pythagora cum modis musicis mutante simul etiam animi perturbationes, quæ πάθη Græci vocant, apud Plutarchum, Boëthium, et Martianum Capellam; ut et ischiadicis mederi tibiarum cantum apud Agellium N. A. IV. 13. SCHOTT.

349, 20. τὸν Φρύγιον καὶ Ὑποφρύγιον ἁρμόζεται] Malim τῷ Φρυγίῳ καὶ Ὑποφρυγίῳ. De his modis Lucianus in Harmonide T. I. p. 851. τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον· τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. Ex quo, ut pleraque fabulæ Milesiæ, est mutuatus Appuleius Madaurensis, Florid. p. 342. ed. Elmenhorst. *Tibicen quidam fuit Antigenidas omnis voculæ melleus modulator, et idem omnis modi peritus modificator, seu tu velles Æolion simplex, seu Iasium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Doricum bellicosum.* De

quo tibicine etiam Cicero in Bruto, Plinius XVI. 36. Valerius Max. VII. 7. Agellius XV. 17. Plura Plutarchus Comment. de Musica, et Boëthius, musicæ item theoreticæ princeps, Franc. Salinas Burgensis, cæcus ab octavo ætatis anno, IV. 11. et 13. de Musica Latine et eleganter conscripta; post Aristoxeni, Ptolemæi, et in ejus Harmonica Porphyrii comm. Manuelis Bryennii, et Aristidis Quinctiliani libros ἁρμονικῶν; quos ego auctores Græce in Bibliothecis Italiæ et Hispaniæ adhuc latentes videre memini. SCHOTT.

349, 20. τὸν Φρύγιον] Libet, priusquam manum de tabula tollam, Æliani loco obscuro lucem, qua possum, adferre ex conjectura. Interpretes enim, Venetum et Germanum, rem acu non tetigisse video: adscribam autem eo libentius Græce, ut prudens lector, quantum sit fidei adhibendum alienis versionibus, intelligat, dum possit sine cortice, quod aiunt, nare, et suis, non alienis, ut cæci, oculis cernere verum. Sic enim ille V. H. XIII. 21. Ὅτι ἐν Κελαιναῖς τῇ δορᾷ τοῦ Φρυγὸς ἐὰν προσαυλῇ τις τὴν ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον ἡ δορὰ κινεῖται, ἐὰν δὲ εἰς Ἀπόλλωνα, ἀτρεμεῖ καὶ ἔοικε κωφῇ. Vulteius, Germanus, sic reddidit; *Si Apollini, vel ad Apollinem, quieta, mutaque videtur pellis.* Jac. Laureus, Venetus: *quasi qui ad Apollinis simulachrum concinit Phrygium modum, immobilis sit et muta.* Reperit autem Marsyas Phryx Phrygios modos musicæ geminasque tibias, ut Lydios Amphion, et Doricos Thamyras Thrax: auctor Plinius VII. 56. Respexit vero Ælianus, nisi fallor, ad Marsyæ Phrygis pellem, qua illum Apollo cantando victor excoriavit: Ovid. Met. VI. et Appuleius init. Floridorum. Ille itaque Apollinis *delubrum*, hic *simulachrum* animo concepit; ego vero, pace illorum, musicos modos comparari existimo; *Phrygium* nimirum, et quo Pæana Apollini accinebant; estque de ἀντιπαθίᾳ sermo, qua et aquilarum plumæ avulsæ ceterarum avium pennas consumunt: et tympana ex pelle ovina ad corii lupini conticescunt. Variis autem modis *pæana* et *dithyrambum* accini solere, unus Plutarchus docebit περὶ τοῦ EI τοῦ ἐν Δελφοῖς, p. 389.[1] ᾄδουσι τῷ μὲν διθυραμβικὰ μέλη παθῶν μεστὰ καὶ μεταβολῆς, πλάνην τινὰ καὶ διαφόρησιν ἐχούσης, Μιξοβόαν γὰρ, Αἰσχύλος φησὶ, πρέπει διθύραμβον ὁμαρ-

[1] N. B. Latina tantum dederat Schottus.

τεῖν Σύγκοινον Διονύσῳ· τῷ δὲ παιᾶνα τεταγμένην καὶ σώφρονα μοῦσαν, ἀγήρω τε τοῦτον ἀεὶ καὶ νέον, ἐκεῖνον δε πολυειδῆ καὶ πολύμορφον ἐν γραφαῖς καὶ πλάσμασι δημιουργοῦσι· καὶ ὅλως τῷ μὲν ὁμοιότητα καὶ τάξιν καὶ σπουδὴν ἄκρατον, τῷ δὲ μεμιγμένην τινὰ παιδίᾳ καὶ ὕβρει, καὶ σπουδῇ, καὶ μανίᾳ προσφέροντες ἀνωμαλίαν, Εὔιον ὀρσιγυναῖκα Διόνυσον μαινομέναις συνθέοντα τιθήναις ἀνακαλοῦσιν, οὐ φαύλως ἑκατέρας μεταβολῆς τὸ οἰκεῖον λαμβάνοντες, κ. τ. λ. Sed emersimus jam tandem ex hoc pelago dithyrambico, et scopulos enatavimus; in quo hic fortasse consecuti, secuti saltem sumus, ut rem a nemine tractatam explicaremus in Proclo: (quæ nemo de hac ipsa re, aut copiosius, aut apertius) vel suppeditaremus ea, quæ alii majori otio et librorum copia abundantes augere facile queant, et quasi calamistris inurere. SCHOTT.

349, 20. In dithyrambo modis Phrygio et Hypophrygio canebatur, quos vulgo musici tonum tertium et quartum vocant. Aristoteles Problem. XIX. 49. *ἦθος δ' ἔχει ἡ μὲν ὑποφρυγιστὶ πρακτικόν. Διὸ καὶ ἐν τῷ Γηρυόνῃ ἡ ἔξοδος καὶ ἡ ἐξόπλισις ἐν ταύτῃ πεποίηται.* Ex his percipitur quam aptus esset modus Hypophrygius dithyrambo, cum et dithyrambus ut *ἐνόπλισις* illa quæ in fabula inducebatur, *πρακτικὸς* esset. Nam de Phrygio diserte idem Aristoteles Polit. VIII. extr. *ὁ διθύραμβος ὁμολογουμένως εἶναι δοκεῖ Φρύγιον*, quod et testimonio doctorum ejus artis confirmatur et Philoxeni dithyrambici, qui cum tentasset dithyrambos modo Dorio, postea, re ipsa doctus, in Phrygium dithyrambo maxime congruentem mutavit: quin et Phrygium modum *ὀργιαστικὸν καὶ παθητικὸν* esse docet Aristoteles eodem libro. Hic locus me admonet obiter, quam turpiter peccatum sit in Poëticis Aristotelis ab ejus explanatoribus, quo loco docet hoc differre nomos a dithyrambis, quod illis personas graves, his leves imitarentur; citatque testes Philoxenum et Timotheum in Cyclope et Persis. Recte vero, ne otio abutar aliorum erratis commemorandis. Nam Timotheus, ut auctor nomorum, aperte hic et alibi citatur. Persas autem illius nominatim laudat Plutarchus in Philopœmene p. 362 C. et Suidas, qui eum nomon ait inscriptum fuisse *Πέρσαι ἢ Ναύπλιον.* Quod autem argumentum Persarum grave esset declarant tragœdiæ a Phrynicho, Æschylo, et aliis tragicis eo nomine inscriptæ. Nam de Phi-

loxeno quod dithyrambicus fuerit lippis notum. Induxerat autem ille in fabula Galatea Cyclopem ut pastorem bardum et stupidum, qui suo gregi præcineret. Videndus Aristophanis interpres in Pluto; quin et Zenobius in Parœmiis adagio *οἵῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν* fabulam nomine Cyclopis attribuit Philoxeno, atque locum illius laudat. Ludovicus Castelvetrius, Italicus Aristotelis interpres, nescio qua confidentia locum totum immutavit, quo invexit Ἀργᾶν quendam, *μοχθηρῶν ᾀσμάτων* poëtam ut ait Athenæus, contra fidem omnium codicum. Ceteri modestiores, licet hæreat illis aqua. Hæc ego, et alia multa lucrifeci hoc *ἀποσπασματίῳ τοῦ Πρόκλου*. Revertamur ad modos, quibus hæ fabulæ fiebant. NUNNES.

349, 20. *ὁ νόμος δὲ τῷ συστήματι τῷ τῶν κιθαρῳδῶν Λυδίῳ*] Donatus erudite in Prologo ad Adelphos: *Modulata est tibiis dextris, id est Lydiis, ob seriam gravitatem qua fere in omnibus comœdiis utitur hic poëta: sæpe tamen mutatis per scenam modis &c.* Nihil ergo aptius nomis, id est, gravi poëmati modo Lydio; quamvis hic modus, si intentionem soni spectes, acutior est Phrygio et Dorio, ut musici docent, ac propterea fortasse visus quibusdam levior. Sed de his musici disceptent. Illud tamen molestum Aristot. Probl. XIX. 48. *τὴν ὑποδωριστὶ ἁρμονίαν* ait convenientissimam esse citharis; de quo viderint et musici. In Politicis certe Dorium et Lydium modos eidem usui accommodat, scilicet, *τῇ παιδείᾳ τῶν νεωτέρων*, cum Dorius *στασιμώτατος* sit, et mediocritatem quandam obtineat, atque ad mores viriles sit vehementer aptus, Lydius vero *κόσμον τε καὶ παιδείαν ἔχῃ*. Octavus autem hymnus Nemeorum Pindari dicitur ab interprete editus modo Lydio. Nunc ad reliqua. NUNNES.

350, 1. *καὶ συστήματι*] Retinui vocem Græcam, quamvis non ignorem Boëthium *constitutionem* reddidisse; est enim artis vocabulum, a Latinis, ut pleraque alia, retentum. Atque utinam id genus plurima, ut in geographicis, vocabula reliquissent Græce, potius quam inepte conversa venditassent. Sed venit in mentem, et Photio eidem opem ferre, qui interpretis vitio, quantum conjicio, male acceptus est, in synopsi septem conciliorum generalium, ubi legitur initio *Hosius Cordubæ episcopus:* Nicænæ enim primæ synodo interfuit. Vulgo male

legitur, *Pius Cordumbres episcopus.* Innumera id genus in mundo sunt; sed Photio debui hanc operam. SCHOTT.

350, 3. *καὶ ἐν τοῖς τόποις*] Omnino legendum *ἐν τοῖς πότοις*, inverso ordine literarum; qui error etiam manavit in ea quæ infra leguntur, *ἥδετο περὶ τοὺς τόπους.* Restituendum *πότους*, ut ex omnibus scriptoribus hujus argumenti liquet. NUNNES.

Ibid. *ὁ δὲ νόμος δοκεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ Παιᾶνος ῥυῆναι*] Quid mirum, cum uterque Apollini potissimum fuerit consecratus; quamquam et Pani nomos attributos, et Dianæ pæanas legimus. Sed Pan pastor item et magister Apollinis; Diana vero soror. NUNNES.

Ibid. 11. *'Αδωνίδια*] De *Adonide* Veneris amasio Eidyllium est Theocriti XV. quod inscribitur *'Αδωνιάζουσαι.* Rursum legitur ex xxx. Eid. in mortem ejusdem, Anacreontico carmine. Meminit et XIX. Eid. in epitaphio Bionis, quod Moscho verius attribuitur, quam Theocrito: item XXIV. Hanc et inter lactucas collocasse Adonim refert Athenæus II. p. 69 D. quod de Phaone tamen Lesbio Ælianus prodidit V. H. XII. 18. qua de re et Andr. Alciati I. C. doctiss. emblema elegans circumfertur. Fulgentius Mythol. III. *Suem quoque ob cædem aversari poëtæ fabulantur, sive Martem zelotypum.* Sic enim Nonnus Panopolita Dionysiac. XLI. 206. canit: *Πᾶσι μὲν ἀμφελέλιξε γεγηθότα κύκλον ὀπωπαῖς, Πᾶσιν ὁμοῦ, μούνην δὲ συῶν οὐκ ἤθελε λεύσσειν Τερπωλὴν, ἅτε μάντις, ἐπεὶ συὸς εἰκόνι μορφῆς Ἄρης καρχαρόδων θανατηφόρον ἰὸν ἰάλλων Ζηλομανὴς ἤμελλεν 'Αδώνιδι πότμον ὑφαίνειν.* Quibus etiam lucem attulit doctissimus Politianus Miscell. cap. xi. Exstat Romæ marmorea inspectio in ædibus Cl. V. Tiberii Cevali, in qua sculptus Adonis, recens ab apro vulneratus: et minister prope astans cum spongia, qua admota vel sanguinem sistat vel femur detergeat, ut et Tom. I. Annal. Eccles. Baron. Card. adnotavit, et nos pluribus de Adonidiis apud Ezechiel. Observationum sacrarum libris. SCHOTT.

Ibid. Lugubrem hunc hymnum fuisse ex priscis conjicimus. De Adonidio autem carmine metrici multa, quod constat dactylo, et spondeo, et concurrit cum choriambico monometro hypercatalecto. NUNNES.

Ibid. 12. *Ἥιδετο δ' ὁ 'Ιόβακχος*[k] Libero Patri multa genera

[k] Vide Bentleium ad Horatii Serm. I. iii. 7.

carminum attributa a metricis, ut comma ex tribus trochæis, choriambicum ex bacchiis, item ex palimbacchiis. NUNNES.

Ibid. 13. πολλῷ φριάγματι] Leg. omnino φρυάγματι. Natum mendum, ut innumera alia in Græcis Latinisque auctoribus, ex depravata pronunciandi consuetudine, qua η et ι et υ eodem sono male efferuntur. Erat autem hic gestus Bacchantium in Dionysiacis, et Orgiis, anhelitu quodam rapi, caput jactare, et comam rotare, *Io*, *Io*, ingeminando; quod vel ipsa bacchantis voce significari notum est, plenaque omnis antiquitas. SCHOTT.

Ibid. 14. ὑπόρχημα δὲ] Saltationis varia genera Lucianus περὶ ὀρχήσεως enumerat, et Pollux. In his *Castorion* numerat Pindarus, [Pyth. II. 127. ubi v. Schol.] carminis genus ὑπορχηματικὸν, rhythmo Æolico conditum; a Castore et Polluce sic appellatum, qui et ipsi saltarunt, ut et pugiles fuerunt. Minervæ attribuit Epicharmus, quæ armata præcinuerit, Castoriumque cecinerit; unde et Lacones in bello tibiis usi putabantur. Pindari autem aliquot id genus carmina, quæ saltando in choreis canerentur, citant ejus interpretes simul et Aristophanis, item Erotianus. Legendus J. C. Scaliger Poët. I. 47. post Athenæum XIV. p. 629. sq. SCHOTT.

Ibid. De his Lucianus ἐν τῷ περὶ ὀρχήσεων. Ex Ionicis a majori hyporchematicum (sic enim lego apud Marium Victorinum in Didascalicis p. 2539. non ὑπερχρωματικὸν) et quartus pæon hyporchematicus appellatus a metricis. NUNNES.

Ibid. 17. Κουρῆτας] De Curetibus, seu Corybantibus, et Cretensibus, a quibus Jupiter nutritus dicitur in fabulis poëtarum, multa Strabo lib. X. p. 713=678. seqq. pyrrhichiam saltationem ἐνοπλίην, hoc est armatam, reperisse: ἐνθουσιασμὸν quoque, et ritus ceremoniarum. De his et Diodorus Siculus V. 65. T. I. p. 382. et Plinius VII. 56. ἐνοπλίην a pyrrhica distinguere videtur; *Saltationem*, inquit, *armatam Curetes docuere; pyrrhichen Pyrrhus;* ut et doctissimus Budæus in Pandect. annotavit. Lege et J. Dalechampii in Plinium annot. VII. 56. et Pindari interpretem Pyth. II. 127. Oppianus Cyneg. III. init. in leones conversos a Saturno Curetas, Jovis altores, fabulatur, repugnantibus reliquis poëtis. Eleganter

vero Dionysius Halic. VII. extr.[1] σκευαὶ δὲ τῶν ὀρχηστῶν ἦσαν χιτῶνες φοινίκεοι, ζωστῆρσι χαλκέοις ἐσφιγμένοι, καὶ λογχαὶ βραχύτεραι τῶν μετρίων· τοῖς δ' ἀνδράσι καὶ κράνη χάλκεα, λόφοις ἐπισήμοις κεκοσμημένα καὶ πτεροῖς. Ἡγεῖτο δὲ καθ' ἕκαστον χορὸν εἷς ἀνὴρ, ὃς ἐνεδίδου τοῖς ἄλλοις τὰ τῆς ὀρχήσεως σχήματα πρῶτος, εἰδοφορῶν τὰς πολεμικὰς καὶ συντόνους κινήσεις ἐν τοῖς προκελευσματικοῖς ὡς τὰ πολλὰ ῥυθμοῖς. Ἑλληνικὸν δ' ἄρα καὶ τοῦτο ἦν ἐν τοῖς πάνυ παλαιὸν ἐπιτήδευμα, ἐν ὅπλοις ὄρχησις ἡ καλουμένη πυρρίχη, εἴτ' Ἀθηνᾶς πρώτης ἐπὶ Τιτάνων ἀφανισμῷ χορεύειν καὶ ὀρχεῖσθαι σὺν ὅπλοις τἀπινίκια ὑπὸ χαρᾶς ἀρξαμένης, εἴτε παλαίτερον ἔτι Κουρήτων αὐτὴν καταστησαμένων, ὅτε τὸν Δία τιθηνούμενοι θέλγειν ἐβούλοντο κτύπῳ τε ὅπλων, καὶ κινήσει μελῶν, καὶ ῥυθμῷ, καθάπερ ὁ μῦθος ἔχει. Δηλοῖ δὲ καὶ τούτου τὴν ἀρχαιότητα, ὡς ἐπιχωρίου τοῖς Ἕλλησιν, Ὅμηρος πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δ' ἐν ἀσπίδος κατασκευῇ, ἣν Ἀχιλλεῖ δωρήσασθαί φησιν Ἥφαιστον. SCHOTT.

350, 17. Nota hæc ex aliis. Ab his pæon tertius Curetici nomen reperit apud metricos. Quare et hic aptus esset huic generi hymnorum, ut et secundus qui et Creticus vocatus, et Creticus ipse his par, cum et ὑπορχήματα ipsa Κρητικὰ dicta fuerint, ut observaverat Sosibius [apud Schol. Pindari Pyth. II. 127.] et ὑπορχήματα canebantur Cretico, ait Marius Victorinus. NUNNES.

Ibid. 18. Πυρριχὴν[m]] De saltationibus pyrrhichis Eustathius ad Homerum non semel, et Athenæus XIV. ad Cretenses refert. Κρητικὰ vocat Homerus et ad Merionem refert, qui Cretensis erat. Meminit et Herodianus H. Aug. IV. c. 3. ubi de imperatorum ἀποθεώσει. Callimachus H. in Jovem, 52. et ibi Germanus interpres, Lucret. II. 629. de Curetibus. Strabo X. p. 680=716. Solinus cap. xvii. Appuleius Metam. X. p. 253. ed. Elmenhorst. Tacitus Annal. XI. 31. et German. 24. Suetonius Cæs. 39. Xiphilinus. Polydor. Virgil. de Invent. II. 13. Leonicus V. H. I. 87. Erasmus Adag. Hieron. Mercurialis de Arte Gymnast. Phrynichus poëta Πυρριχισταῖς edita tragœdia adeo placuisse legitur, ut ab Atheniensibus

[1] N.B. Schottus exhibuerat versionem Latinam Gelenii. Mihi visum est melius Dionysii ipsius verba proferre.

[m] Vide supra ad Schol. Hephæst. p. 168. Largam exemplorum messem dedit Meursius in *Orchestra* p. 63.

belli dux, ut et Tyrtæus vates alius sit delectus; auctor Ælianus V. H. III. 8. Idem tamen XIII. 17. in exsilium ab iisdem Atheniensibus actum poëtam refert, dum Mileti obsidionis fabulam ageret. Sed locus est depravatus, Ἀριθμὸν σφηκῶν πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλεκτρύων. Emendandum primus vidit P. Leopardus, Belgarum ingens in literis decus, Ἀριστοφάνης Σφηξίν. Πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ Emend. II. 12. Consule Aristoph. Vesp. 1481. ejusque scholiasten. De *pyrrhichio* Marius Plotius de Metris editus sic scribit p. 2624. *Pyrrhichius pes ex duabus brevibus constat, temporum duûm, ut* herus; *qui a pyrrhicha, lusus genere, nomen accepit: quia hoc sono milites usi sub armis per ludum, ut ait ille,* ciebant simulacra pugnarum. *Ipsa tamen pyrrhicha dicta est a Pyrrhicho Cydonio, qui primus Cretenses sub armis saltare ad hujus pedis sonum instituit. Alii dicunt a Pyrrho Achillis filio, quem primum ad tumulum patris sui armatum honoris gratia saltavisse [ferunt.] Aristoteles autem Achillem ait hujus lusus inventorem fuisse. Quibusdam placet ab ardore, id est, a velocitate sui soni nomen accepisse hunc pedem,* ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *id est, a flamma. Cognatus enim sensus ardoris ac velocitatis est; unde,* Instant ardentes Tyrii, *id est festinantes, et,* Ardet abire fuga, *id est festinat.* Hactenus ille. SCHOTT.

Ibid. De his præter alios Diomedes in Pyrrhichio, sed omnium copiosissime Pindari interpres Pyth. II. 127, ubi et initium cujusdam ὑπορχήματος Pindarici legitur ejusmodi: Σύνες ὅ τι λέγω ζαθέων ἱέρων ἐπώνυμε. Sed apud Diomedem p. 472. omnia fere depravata, in quibus illud conabar obiter: *Et Cinesias esset cognominatus. Fidem hujus enarrationis facit Aristophanes comicus, nomen ejus dictans characterem* Πυρρίχην τὴν Κινησίου. ἐκ τῶν βατράχων Aristophanis; ubi antea pro his Græcis *achenchineam* legebatur. Vide et Suidam in Πυρρίχαις. NUNNES.

Ibid. 19. ὁ ἐπινίκιος] Tale mihi illud carmen fuisse videtur 1 Reg. XVIII. quod egressæ mulieres ex urbibus Israel Davidi victori, cæso Goliath, immani gigante, cecinerunt, choros ducentes in tympanis lætitiæ et sistris, dicentes, *Percussit Saul mille, et David decem millia.* Legiturque mox c. 21 et 29. et Eccles. 47. SCHOTT.

Ibid. 21. Τὸ δὲ σκολιὸν μέλος] Σκολιὸν carmen, seu obli-

quum, in conviviis canebatur in laudem præstantium virorum qui pro republ. cecidissent; vel virtutis aliquam saltem prædicationem continebat; idque ad citharam, quam ex Catonis Originibus Cicero Tuscul. I. 2. et Quinctilianus I. 10. in Græcorum conviviis obambulare solitam aiunt: nec ἐφεξῆς, hoc est, *ordine* per triclinia accumbentium, sed ἐναλλὰξ, id est *per saltum* arbitratu ejus qui proxime cecinisset. Canebant autem vel Simonidis plerumque, vel Stesichori odas. Et myrteum ramum manu tenentes, cum Æschyli versus, vel laureum termitem, dum Homericos accinerent. Ab hoc ordine implexo σκολιὰ dicta, διὰ τὰ πολυκαμπὲς τῆς περιόδου. Hæc fere ex eruditis Aristophanis enarrationibus simul et Plutarchi Sympos. [p. 615 B.] convertimus; quorum et hic lib. de Musica, Pindari auctoritate, scolii inventionem Terpandro tribuit. Exstarent qui de scolio olim conscripsere, magnam nobis in his tenebris lucem attulissent. Tyrannionis enim, C.Cæsaris jussu, liber conscriptus olim exstitisse fertur. Didymus quoque, χαλκέντερος ille, συμποσιακὰ conscripserat, quorum tertius liber varia de scolii etymo continebat, ut refert Etymologici auctor. Scripsit et Ion Chius τὰ σκολιά: Origines [v.Bentl.Ep.ad Mill.p.65.] item, in quæ obscura et perplexa conjecerat. Scolion de Admeto Thessalo, cujus Alcestis, notæ et fortitudinis et pietatis in conjugem, uxor fuit, exstat hodieque apud Eustathium in Il. β'. p. 326=247. et Aristophanem Vesp. 1231. ejusque interpretes. Item de Harmodii scolio, qui cum Aristogitone, interfecto Hipparcho, Pisistratidarum tyrannidem convellit idem meminit in Acharn. 977. et in Athenæum XV. 14. 15. explicat Casaubonus. Omitto nunc scolia quæ apud Platonem in Gorgia leguntur, de tribus vitæ bonis, valetudine, fortitudine, et divitiis; et Timocreontis Rhodii in opulentiæ detestationem, apud Suidam: aliaque apud Eustathium Il. δ'. p. 461=351. quæ olim sunt accurate collecta ab H. Junio Animadv. III. 7. Sed nondum viderat ille fragmentum illud ingens Athenæi XV. p. 693. seqq. quod primum est ex Italicis bibliothecis editum nostra memoria a Gul. Cantero, familiari olim nostro, Nov. Lect. IX. in quo multa et præclara de scolio; legiturque nunc Latine etiam in Athenæo Jac. Dalechampii integro. De scolio lege et Suidam, et Euthymium prolegom. in Psalm. Davidis: Chiliastem autem Batavum non uno in loco. Ceterum scolio

ὄρθιος νόμος [n] opponi videatur, si nomina tantum spectes; at si vim et notionem nomini subjectam, non item. Nam *ὄρθιος νόμος*, ut scribit J. Pollux IV. c. 9. a genere rhythmi nomen duxit, ut *ὁ τροχαῖος*. Erat autem *rhythmus orthius* ex tetrasema arsi et octasema thesi compositus, ut docet Aristides Quinctilianus in Musicis; at *νόμον σκολιὸν* non legi, *μέλος σκολιὸν* legimus. Sed etymon illius ex genere rhythmi nullus, quod sciam, tradidit. Quamquam memoria teneo amphibrachyn pedem apud Diomeden *scolion* nominari, a genere quodam citharæ *scolio* nominato, ut idem prodidit, cui habiliter componebatur. Potest autem fieri, ut *citharam* pro melo, quod fit cithara, usurpaverit. Et videtur sane amphibrachys sæpe interpositus in illis scoliis quæ leguntur apud Eustathium *ἐν τῷ η'* Ὀδυσσείας p. 1574=276. Si quis appendat, hac ratione fieri potest, ut *orthius rhythmus* repugnat *scolio*. Orthius enim nominatus, ut voluit idem Aristides, *διὰ τὸ σεμνὸν τῆς ὑποκρίσεώς τε καὶ βάσεως*, ut in orthio sit gravis gestus et incessus, in scolio vero levis, qualis ab onustis vino potest expectari. SCHOTT.

350, 21. Didymus in tertio *τῶν συμποσιακῶν* commemorat diversas etymologias hujus nominis *σκολίου*, ut in Etymologico legitur: de quibus etymologiis, et hoc genere hymni multa scholiastes Aristophanis Ran. 1338. Acharn. et Vesp. atque eadem apud Suidam ex illis scoliis. Eustathius Od. *η'*. observat *σκόλια* pronuntiari *προπαροξυτόνως, πρὸς διαστολὴν τοῦ ἐπιθέτου*, et tria illorum genera fuisse: *σκωπτικὰ*, quale illud in Plutum ex Timocreonte Rhodio, cujus fit mentio in scholiis Aristoph. Acharn. 531. Ran. 1337. alia *πρὸς ἔρωτα*, ut illud Pindari apud Athenæum X. p. 427 E. *Χάριτάς τε ἀφροδισίων ἐρώτων*, et alia *σπουδαῖα*, qualia illa *θρηνητικὰ* in Admetum, de quibus Aristophanes Vesp. 1231. et ejus interpres, atque Parœmiograph. NUNNES.

351, 1. *οὐχ, ὡς ἐνίοις ἤρεσε κατ' ἀντίφρασιν*] Idem refellunt Schol. Aristoph. Vesp. 1231. et Suidas, atque pæne ut hoc loco his verbis: *ἔνιοι δέ φασιν ὡς ἐκ τοῦ ἐναντίου προσηγορεύθησαν σκολιὰ τὰ παροίνια μέλη. Ἁπλᾶ γὰρ αὐτὰ ἐχρῆν εἶναι καὶ εὔκολα ὡς παρὰ πότον ᾀδόμενα. Οὐκ εὖ δὲ τοῦτο· τὰ γὰρ δύσφημα*

[n] opponi] Aliter sentit Santenius ad Terent. Maur. p. 93.

ἐπὶ τὸ εὐφημότερον μεταλαμβάνεται, οὐ μὴν τοὔμπαλιν· ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ ἑξῆς ἡ λύρα τοῖς συμπόταις ἐδίδοτο, ἀλλ' ἐναλλὰξ, διὰ τὴν σκολιὰν τῆς λύρας περιφορὰν, σκολιὰ ἐλέγετο. In scholiis tamen Ran. 1337. quasi non sint ejusdem, aut non sequantur eundem auctorem, σκολιὸν τὸ ῥᾴδιον κατ' ἀντίφρασιν, μέλος τι ὀλιγόστιχον. Eustathius item refellit hanc etymologiam. Unde constat locum hunc τοῦ ἀποσπασματίου mutilum esse, reponendumque, dum melius exemplar non contingat, post τὸ κατ' ἀντίφρασιν, τὸ γὰρ κατ' ἀντίφρασιν: aut τοῦτο γὰρ, et post τὸ εὐφημισμοῦ inserendum ἀλλά. NUNNES.

351, 4. διὰ τὸ προκατειλημμένων] Quid si legas, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι προκατειλημμένων: et mox v. 20. ἕκαστον αὐτῶν ἀκροσφαλῶς συγκύπτεσθαι. Et supra paullo, locus quoque mutilus, ὡς ἐπίπαν, addendumque fortasse τὸ, vel τοῦτο γὰρ κατ' ἀντίφρασιν ὡς ἐπίπαν τοῦ εὐφημισμοῦ στοχάζεται. De antiphrasi autem Servius, Fabius, Priscianus, Diomedes, Donatus, Augustinus, Dathus, et Franciscus Sanctius in Paradox. SCHOTT.

Ibid. 4. Aliam rationem adferebat Dicæarchus Messenius, Aristotelis auditor, ἐν τῷ περὶ ἀγώνων μουσικῶν, aliam item Aristoxenus et Phyllis musici attulerunt, ut in iisdem scholiis legimus. Ille ex ordine canentium, hi ex situ lectorum ad carmen nomen transtulerunt, Proclus et gestu canentium. Diomedes amphibrachyn pedem scribit scolium vocatum, quia habiliter componebatur scolio, quæ erat citharæ species. Nusquam alibi hoc legi. Fortasse citharæ speciem pro meli specie, quæ cithara fieret, posuit. Nam in conviviis cithara circumferebatur σκολιῶς, ad quam et scolia μέλη canebantur. In exemplis autem eorum scoliorum quæ leguntur apud Eustathium ad Od. η'. loc. cit. apparent multi amphibrachi. In hoc genere scoliorum floruisse Praxillam, Alcæum, et Anacreontem prodit Athenæus XV. NUNNES.

Ibid. 11. τὰ δ' Ἐρωτικά] Hujusmodi apud Anacreontem et Horatium multa. Epithalamii item et Hymenæi exstant aliquot veterum. Tzetzes Epithalamiorum poëtas recenset Agamestorem Pharsalium, et Hesiodum in Epithalamio Pelei et Thetidis, a quo fortasse Catullus est mutuatus. De methodo autem Epithalamiorum Dionysius Hal. in Arte p. 247. ed. Reisk. et ibidem περὶ τῶν ὑμεναίων in Methodo τῶν γαμηλίων, p. 233. quibus subjiciuntur Hymenæi. NUNNES.

351, 13. Καὶ τὰ Ἐπιθαλάμια] Hesiodus Epithalamium scripserat in Peleum et Thetim, ex quo Is. Tzetzes prolegom. in Cassandram Lycophronis hos versus protulit: *Τρὶς μάκαρ Αἰακίδη καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ, Ὃς τοῖσδ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις.* Idem alibi [ad Lycophr. v. 178.] laudat et hæc Agamestoris (sive *Agametoris* legendum est) Pharsalii ex Pelei et Thetidis Epithalamio de Achille: quod argumentum æmulatus sit et Catullus: *Παιδνῷ δ' οὔνομα θῆκε Πυρίσοον, ἀλλ' Ἀχιλῆα Πηλεὺς κίκλησκεν χείλεος εἵνεκά μιν.* Hos, vel alterutrum, imitatum credo, vicisse fortasse Catullum inter Latinos, eleganti illo Epithalamio *De nuptiis Pelei et Thetidis.* Scripsit et Lucianus lepido dialogo T. I. p. 300. Inter Eidyll. Theocriti XVIII. est *Epithalamium Helenæ*, quod et Stesichorum antea scripsisse scholiastes ibi admonuit. Sunt et Latinorum hodie in manibus Statii Papinii in Silvis, et Claudiani *Epithalamia:* legesque, ut aliorum poëtarum, Dionys. Halicarn. tradidit. SCHOTT.

Ibid. 15. *Ὑμέναιον δ' ἐν γάμοις*] Hæc ratio etymi legitur et in Etymologico M. sed depravata, quæ ex hoc loco restitui poterit: ab Eustathio tamen aliter refertur in Iliad. Σ. p. 1157 = 1214, 1. *περικαλλῆ τινὰ νεανίαν Ὑμέναιον πρὸ ὥρας θανόντα, καὶ εἶναί τινα λόγον αὐτοῦ ἐν τοῖς γάμοις ὃν καλεῖσθαι Ὑμέναιον.* NUNNES.

Ibid. 16. *Ὑμεναίου τοῦ Τερψιχόρης*] Quidam Musis, *γενικῶς*, natum Hymenæum canunt. Claudianus Epithalam. 31. *Hunc Musa genitum legit Cytherea, ducemque Præfecit thalamis.* Et Martianus Capella: *Tu, quem psallentem thalamis, quem matre Camœna Progenitum perhibent copula sacra deûm. Clius* filium alii, *Uraniæ* Catullus, Asclepiades vero *Calliopes*, et *Apollinis. Bacchi* vero Seneca tragicus in Medea; sed non est tanti, nec in eo positæ sunt fortunæ Græciæ, ut ille ait. SCHOTT.

Ibid. 17. *οἱ δὲ κατὰ τιμὴν τοῦ Ἀττικοῦ*] Argivum facit Eustathius, qui sic commemorat hoc etymon p. 1157 = 1213, 32. *ἀπὸ Ὑμεναίου νεανίου τινὸς Ἀργείου, ὃς παραπλέων Ἀθήνας ἔπαυσε βίαν, ἣν λῃσταὶ Πελασγοὶ ἐπῆγον παρθένοις Ἀττικαῖς, αἳ γάμῳ νομίμῳ ὕστερον ἐκδοθεῖσαι ᾠδὴν ᾖσαν ἐπ' αὐτῷ, ἣν ὁμωνύμως ἐκάλουν ὑμέναιον.* NUNNES.

Ibid. *ἀφανῆ γενέσθαι*] Sunt qui nuptiarum die ruina domus oppressum interiisse narrent; et expiationis causa in nuptiis

nomen frequentari cœptum. De hoc mortis genere exempla aliquot H. Magium collegisse memini Miscell. III. 4. SCHOTT.

351, 18. ἀφελέσθαι κούρας Ἀττικάς] Refert hanc historiam Luctatius Grammaticus, sive is Lactantius est appellandus, in Statii Theb. III. 283. Atticas virgines, dum sacris Cereris Eleusinæ operarentur, a piratis captas: in his et Hymenæum, qui et inter illas muliebri habitu, amori ut indulgeret, versabatur. Post a persequentibus somno captos piratas interemptos: Hymenæum vero, qui nuncium Athenas attulisset, quam adamasset, præmii loco petitam, accepisse. Quæ nuptiæ, quia feliciter cesserunt, placuit Atheniensibus nomen illud, boni ominis gratia, in nuptiis invocari: ut apud Romanos ex non dissimili eventu, *Thalassionis*. Servius vero Honoratus in Æneid. I. 651. et Donatus in Terent. Adelph. V. vii. 7. et J. Tzetzes Chil. XIII. v. 589. sqq. aliter paullo; Hymenæum ipsum raptores piratas, somno oppressos, interfecisse referunt. SCHOTT.

Ibid. 19. Ἐγὼ δὲ οἶμαι] In his verbis pro συνέχεσθαι reponendum συνεύχεσθαι. Consentanea huic illa originatio in Etymologico, ἀπὸ τοῦ ὁμονοεῖν τοὺς νυμφίους ὁμόσε ναίοντας, τροπῇ Αἰολικῇ. Nam Æoles, quod vulgo notum, ο in υ commutant. Idem alias etymi rationes adfert, et Eustathius, quarum nulla plane id exprimit, quod Proclus hoc loco. NUNNES.

Ibid. 23. οἷον ὑμεναίειν] ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν, a conjunctissima viri et uxoris habitatione. Alii ἀπὸ τοῦ ὑμὴν, quæ membrana solvitur,—*audet Dum sponsus zonam solvere virgineam.* Illud memorabile apud Ælianum Hist. An. XII. 44. ex [o] Euripide pastores Hymenæos ad tibiam canentes, equas ad Venerem incitare, atque etiam equos ad ineundas feminas incendere. SCHOTT.

Ibid. 25. Σίλλος πεφασμένως] Sic lego, quasi *aperte* dicas; legitur tametsi in Etymologico, ubi eadem reperias, πεφεισμένως. *Sillus* autem specie comicæ poëseos ab aliis vocatur. Carmen erat maledicentiæ plenum et conviciorum, mordax nimis et amarulentum, quale Timon σιλλόγραφος (nam alius hic a μισανθρώπῳ est, Laërtio, Luciano, et Suida) et Xenophanes conscripserunt, quæ citantur non raro ab eodem

[o] Vide Musgravium ad Alcest. 588.

Diogene Laërtio, Sexto Empirico, Suida, et aliis. Mnaseas quoque apud Athenæum; tu vide Eustathium in Il. β'. p. 204 = 154. ubi de Thersite, a quo primum hoc carminis genus deridendo natum putant. Ammianus Marcellinus XXII. extr. Didymum, sillographos imitatum, in Ciceronem libros sex conscripsisse ait. Nomen autem derivat Pollux, Suidas, et Eustathius, ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν τοὺς ἴλλους, *oculos irridendo movere.* Alii παρὰ τὸ τίλλω, quod est *irrideo*, *cavillor.* SCHOTT.

351, 25. Totidem verbis leguntur hæc in Etymologico, ubi recte πεφεισμένως est, quamvis posset reponi πεφασμένως quasi aperte hoc facerent; sed et illud potest retineri, quia τὸ σιλοῦν, ut ait Dionysius Ælius, est ἠρέμα παρατρέπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸ διασύρειν. Mihi certe πεφασμένως magis arridet. Horum poëmatum Homerum fuisse auctorem et sæpe eo usum docet Eustathius ad Il. β'. loc. cit. Xenophanes in eo excelluit, sed Timo Phliasius Pyrrhonius omnium maxime; cujus sillorum maximam partem Diogeni Laërtio debemus. NUNNES.

Ibid. καὶ διασυρμούς] Græci etiam μυκτῆρας appellant, ut Latini poëtæ *nasum* pro *irrisione.* Sed de hac voce nos agere memini in notis ad Senecæ rhetoris Suasoriam primam, qui locus haud dubie desumtus ex Ciceronis Epist. ad Famil. XV. 19. Addam alterum ex Eunapio Sardiano: sic enim Libanii vita p. 133. Καὶ ὃ πάντες οἱ Συροφοίνικες ἔχουσι κατὰ τὴν κοινὴν ἔντευξιν ἡδὺ καὶ κεχαρισμένον, τοῦτο παρ' ἐκείνου λαβεῖν μετὰ παιδείας ἔξεστιν· οἱ μὲν οὖν Ἀττικοὶ μυκτῆρα καὶ ἁλισμὸν αὐτὸ καλοῦσιν. SCHOTT.

352, 1. Διαφέρει δὲ τοῦ ἐπικηδείου [p]] Eadem hic quæ leguntur ad verbum in Etymologico de epicedio et threno; ex quo reponendum et hic ἔτι pro ἐστὶ, ubi et προκειμένου legitur, quod hic κειμένου. Sensus constabit utrovis modo. Dionysius H. in Methodo τῶν ἐπιταφίων p. 259. docet τοὺς ἐπικηδείους et θρήνους genera esse poëmatum. Eustathius in Od. λ'. p. 1673, 48. hanc differentiam exponit τοῦ ἐπικηδείου καὶ θρήνου. Καθότι θρῆνος μέν φασιν ᾄδεται παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ πρὸ ταφῆς καὶ μετὰ ταφὴν καὶ κατὰ τὸν ἐνιαύσιον χρόνον τῆς κηδείας,

[p] Vide Ammonium *de differentiis* in voce. p. 54. ed. Valckenærii.

ᾀδόμενος ὑπὸ θεραπαινίδων καὶ τῶν σὺν αὐταῖς· ὁ δὲ ἐπικήδειος ἔπαινός ἐστι τοῦ τελευτήσαντος μετά τινος μετρίου σχετλιασμοῦ· ὥστε συγγενῶς ἔχει ὁ ἐπικήδειος λόγος τῷ μνηματίτῃ καὶ ἐπιταφίῳ· οἱ μέντοι θρῆνοι διεκπίπτουσιν εἰς ἀλλόφυλον, προσήκοντες αὐτοὶ τοῖς παρ' Ὁμήρῳ ἀοιδοῖς θρήνων ἐξάρχοις οἷς ἐοίκασι καὶ οἱ τοὺς ἐλεγείους ᾄδοντες. NUNNES.

352, 1. *τοῦ ἐπικηδείου*] *Ἐπιτάφιον* iidem Græci vocant: cujus et præcepta Dionysius Hal. in Rhetoricis tradidit; et pro funere viros fortes beneque de rep. meritos laudari solitos, etiam matronas illustres laudatas, auctor est Plutarchus Poplicola et Cæsare, ac Tranquillus. Causam vero reddit T. Livius V. 50. qui et his laudationibus factam esse historiam Romanam mendosiorem extremo lib. VIII. ait, ex Ciceronis Bruto c. 16. quos hic legendos censeo. *Epicedion* autem Bionis exstat in Theocriti Idylliis, quod ad Moschum potius auctorem refertur: meminit enim ibi Theocriti. Alterum item Adonidis Id. XXIII. quod et ipsum Bioni poëtæ Bucolico, ademptum Theocrito, adjudicandum critici consent: meminit enim *τοῦ Ἀδώνιδος φιλήματος ἐν τούτῳ Ἐπιταφίῳ, τοῦ καὶ πρότερον ἐν τῷ εἰς Βίωνα.* Est et *ἐπιτάφιος λόγος* Demosthenis, quam licet agnoscat Plutarchus, abjudicat tamen Halicarnasseus, *De gravi dicendi genere Demosthenis.* Et M. Tullius Philipp. XIV. extr. in funere veteranorum legionis Martiæ peroravit. Et Philipp. IX. de statua Ser. Sulpicio in legatione mortuo collocanda. Grylli item epitaphium, et encomium scripsisse plurimos, ut patri gratificarentur, Aristoteles ait in Xenophontis vita apud Laërtium. Hinc *siti* dicuntur mortui: et *siticines* in Agellio ex M. Catone XX. 2. unde et illud: *Hic est ille situs*, apud Ciceron. Legg. II. 22. et in Republ. l. III. Seneca Ep. CVIII. de Scipione Africano: *Hic est ille situs, cui nemo civi' nec hostis Quivit pro factis reddere opræ pretium.* Ad quem locum Hieronymus Columna nobilis juxta ac doctus plura adnotavit in Ennianis fragmentis. SCHOTT.

Ibid. *ὁ Θρῆνος*] *Threnos*, et *nænias* scripsit Simonides; sed longe illo prior Hieremias, vates divinus; quos ecclesia catholica mater nostra anniversario ritu eo tempore lugubri voce decantat, quo Salvatoris nostri mortem cum lacrymis pie religioseque colimus, *Priores duo ordines Sapphico metro decurrunt, reliqui Alphabeti Hebraici literis* ἀκροστιχῶς *dispositi*

sunt, ait D. Hieronymus Præf. Comment. in Lament. Hieremiæ, item Epist. 103. ad Paullinum. Eadem in Job præfatur, qui et ipse *threnos* scribit, et numeris poëticis decurrit. Gregorius quoque cognomento Theologus *threnos* carmine elegiaco dedit, pios juxta et elegantes. De *threnis* vero, et *nænia* et *hymenæo* Julius Scaliger Poët. I. 50. ejusque filius Josephus in Sextum Pompeium Festum v. *nænia* et Catullum. SCHOTT.

352, 4. Τὰ δὲ λεγόμενα Παρθενεῖα] De his Schol. Aristoph. Av. 912. in illud, κύκλιά τε πολλὰ, καὶ καλὰ, Καὶ παρθενεῖα. Παρθενεῖα δὲ, ἃ αἱ παρθένοι ᾖδον. Non memini me plura de his legisse, sed quia sub idem genus atque τὰ δαφνηφορικὰ cadunt, non magnopere laborandum, quando τῶν δαφνηφορικῶν tam accurata afferatur a Proclo explicatio, ut nihil fere necesse sit aliis illustrari, pauca igitur et strictim attingam. NUNNES.

Ibid. 9. κατῴκουν Ἄρνην] Pausanias Bœot. c. 40. p. 793. Lebadensibus proximi sunt Chæronenses. Eorum urbs olim *Arne* est appellata. Filiam Æoli *Arnem* fuisse dicunt, a qua urbs altera etiam in Thessalia *Arne* fuerit nuncupata. Idem in Arcadicis c. 8. p. 613. fontem nominat, ab agnis, (ἄρνας Græci vocant) ducta appellatione. Porro pro ἑῴων leg. videtur τῶν Κόων. Ait enim Is. Tzetzes in Lycophr. [q] *Arnem* Bœotiæ urbem *Coon* dictam. Addit igitur hoc ut *Arnem* Bœotiæ distinguat ab *Arne* Arcadiæ fonte. SCHOTT.

Ibid. 13. τοῦ Μέλανος ποταμοῦ] Idem Pausanias in eadem Bœotia c. 38. p. 787. ab Orchomeno stadia septem Herculis templum ostendi, ubi *Melanis* fontes ostendantur, scriptum reliquit; qui fons et ipse in Cephisidem influit. Rursum et in Arcadia, c. 28. p. 659. frigidæ aquæ *Melas fluvius*, qui præter Sidam Pamphyliæ decurrat. SCHOTT.

353, 5. ἄστρα τε καὶ ἀστέρας] Notatum ex grammaticis et astronomis ἀστέρας singulas stellas appellari κυρίως, ἄστρα vero quæ ex multis constant, ut τὰ ζώδια. NUNNES.

Ibid. 7. Ἄρχει δὲ τῆς δαφνηφορίας παῖς] De hoc puero Pausanias in Bœoticis c. 10. p. 730. quem describit diligenter NUNNES.

[q] Parum accurate hic, ut sæpe, Schottus. Tzetzæ verba sunt, ad v. 644. Κράτων δὲ παρὰ τὸ ἄρνας πολλοὺς ἔχειν, καὶ τὴν Κῶν ὁ αὐτὸς οὕτω φησὶ κληθῆναι παρὰ τῶν οἰκούντων αὐτὴν Καρῶν· κῶν γὰρ τὸ πρόβατον οἱ Κᾶρές φασιν.

Ibid. 9. ὃ κωπῶ καλοῦσι] Nusquam alibi incidi in hoc nomen. Κώπα aut κώπεα περιτραχήλιος κόσμος est Suidæ, unde fortasse natum nomen. NUNNES.

Ibid. 12. ἰφικρατίδας δέ] *Iphicratidarum*, quod est Atticum calceamenti genus, ab Iphicrate sutore patre nato (nam et Harmodius illi generis ignobilitatem objecit in Rhetoricis Aristot. II. 24.) meminit præter Pollucem VII. 89. et Suidam ex Damascii Historia Philosophica ap. Photium p. 1045. Diodorus Siculus XV. 44. Ἰφικράτης τὰς ὑποδέσεις τοῖς στρατιώταις εὐλύτους καὶ κούφας ἐποίησε, τὰς μέχρι τοῦ νῦν Ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνου καλουμένας. SCHOTT.

Loca Suidæ et Pollucis citat enim Nunnesius.

Ibid. 14. κλῶνας πρὸς ἱκετηρίαν] Εἰρεσιώνη[r] Græcis dicta, de qua non exscribo quæ in Theseo Plutarchus p. 10. Clemens Alexandrinus Strom. IV. c. 2. p. 566. Strabo I. p. 31 = 25. Suidas in v. Eustathius Il. X. p. 1283 = 1389, 36. Schol. Aristoph. Plut. 1055. Herodotus in Homeri vita. Ut autem palma victorum erat, sic oleæ rami supplicum. Virgil. Æn. VIII. 116. *ramos prætendit olivæ*, et aliis pluribus locis. Mos hic Palæstinorum, ut Christo Hierosolymam invecto occurrerent acclamantes, cum ramis palmarum, ut victori, et olivarum, ut supplices, sic enim explicat Dorotheus Serm. XVI, fuit et Græcorum. Livius lib. XXIX. 16. *Decem legati Locrensium obsiti squalore et sordibus, in comitio sedentibus coss. velamenta supplicum, ramos oleæ, ut Græcis mos est, porrigentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt.* D. Hieronymus adversus Luciferianos, *tu pacem cum scuto petis, et nos olivæ ramum gladio inserimus*, proverbii specie dixisse videtur. De palma victoriæ signo in prodigiis pugnæ Pharsalicæ in Trallibus e pavimento prodeunte refert Cæsar Bell. Civ. III. 105. SCHOTT.

Ibid. 15. Ἀπόλλωνος Ἰσμηνίου] Hujus dei sacerdos κυρίως, δαφνηφόρος, hoc est, *laurifer*, cognominabatur; quem forma et genere insignem quotannis sacrabant; qui a colle *Ismeno* ad dexteram Thebarum portam sic dictus est. Pausanias in Bœot. X. p. 730. Stephanus vero lib. de Urbibus ab Ismenio flumine et Hesychius appellatum tradunt. SCHOTT.

[r] Vide Meursii Græc. Fer. lib. V. in voce ΠΥΑΝΕΨΙΑ.

Pausaniam citat Nunnesius.

353, 16. Γαλαξίου] *Galaxius* Apollo, a Galaxo Bœotiæ loco; de quo Plutarch. in lib. *Cur Pythia oracula reddere desierit* p. 409 A. Sic Ismenius hic ante dicitur ab Ismenio colle, vel Ismenio flumine Bœotiæ. SCHOTT.

Ibid. 17. Τὸ δὲ τριποδηφορικὸν μέλος] Sup. cum proponebat hymnorum formas, non proposuit hoc genus τριποδηφορικὸν, nec alibi, quod sciam, fit ejus mentio: præterquam quod Pausanias eodem loco, cum daphnophorum puerum descripsit, addit ab illis daphnophoris tripodem æneam dedicari solitum Apollini, qualis unus cerneretur Amphitryonis propter Herculem, qui δαφνηφόρος fuerat, Apollini consecratus: incertum tamen esse an ab omnibus, an a filiis tantum, locupletior dedicaretur. Ad eam dedicationem hoc genus hymni factum credibile est, et quia τῆς δαφνηφορίας extremus actus erat ἡ τριποδιφορία, recte Proclus sup. non expressit nominatim hoc genus hymni, de quo multa hic eaque elegantissima leguntur. NUNNES.

Ibid. 19. Πάνακτον τῆς Βοιωτίας] Stephano ex Androtione castellum est Atticæ, ut Pausan. I. c. 25. p. 60. non procul Salamine. SCHOTT.

354, 7. λευκὰς—ψήφους] Candida enim creta fausta signabant veteres, atro colore infausta. Persius II. 1. *Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.* Et Athenienses reum morti adjudicaturi calculo suo inscribebant Θ, indicantes eum esse θανατωτέον: ut Romani C litera condemnabant, teste Asconio Pediano ad Ciceron. Div. in Verrem c. 7. Hinc proverbii specie Lucianus in Apolog. (T. I. p. 723. λευκὴν—ἐνεχθῆναι.) λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, apud Chiliasten Erasm. I. 5, 53. vide et Ovid. Metam. XV. 41. Persius Sat. IV. 12. *Et potis es vitio nigrum præfigere theta.* Martialis VII. 36. *Nosti mortiferum quæstoris, Castrice, signum? Est operæ pretium discere theta novum.* Et Ausonius Ep. 120. *Tuumque nomen theta sectilis notet.* SCHOTT.

Ibid. 14. ὀσχοφορικὰ μέλη] De horum oschophoricorum institutione Plutarchus in Theseo p. 10. et alii. Vocata [s] ὀσχοφορία, ἀπὸ τῆς ὄσχης, id est, palmite onusto uvis, ut Harpo-

[s] Vide Meursii Græc. Feriat. lib. V. in voce.

cratio, et ex illo Suidas, Hesychius, et alii. Sed an ἡ ὄσχη Hippocratis, et ὀσχέα Aristotelis, aut ὀσχεὸς, ut Pollux Onom. II. 172. observat, hoc est, sinus ille quo τὰ αἰδοῖα continentur, ἀπὸ τῶν βοτρύων nomen duxerit, an contra, incertum; utrumque alteri simile. Si ἀπὸ τοῦ ὀσχεύειν deducas, ut Etymologici auctor, et alii, ab animalibus ad stirpes translatum erit; de quo tamen non magnopere laborandum. NUNNES.

354, 15. ἐστολισμένοι] Stola indui solere in his ludis, etiam Etymologus, qui pleraque id genus ex Proclo transcripsit, auctor est. SCHOTT.

Ibid. 18. Ἄρξαι δὲ Θησέα φασὶ] Plutarchus in Thesei vita id confirmat de hac apud Athenienses celebritate oschophoriorum, scribitque ὠσχοφόρια per ω in prima syllaba, ut et varie lexicographi Græci, Julius Pollux, Hesychius, et ex Philochoro et Hyperide Harpocration. Nonnullis etiam, nisi librariorum, ut fit plerumque, vitium id est, ὀσχοφορία, paroxyt. Plerisque enim proparoxytonum est, ὀσχοφόρια. Theophilus, ut et Proclus noster, παρὰ τοῦ ὄσχου, hoc est, *uva et pampinis* derivat. *Oschophorion* item locus Athenis; in quo Dianæ fanum; non procul a Phalero, ubi Minervæ Sciriadis templum fuit, auctore Hesychio, Nicandri interprete in Alexiph. v.109. et Etymologici auctore; qui et stola indui solere festis illis diebus operatos ait; nam quod ἰσχοφορία in eo vulgo legitur, apertum mendum est. Callimachi versus, qui in extremo in Delum hymno leguntur, huc transtuli: Δὴ τότε καὶ στεφάνοισι βαρύνεται ἱρὸν ἄγαλμα Κύπριδος ἀρχαίης ἀριήκοον· ἥν πότε Θησεὺς Εἵσατο σὺν παίδεσσιν, ὅτε Κρήτηθεν ἀνέπλει. Οἳ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες Πασιφάης, καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ Λαβυρίνθου, Πότνια σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ Κύκλιον ὠρχήσαντο· χοροῦ δ᾽ ἡγήσατο Θησεύς. Ἔνθεν ἀειζώοντα θεωρίδος ἱερὰ Φοίβῳ Κεκροπίδαι πέμπουσι τοπήϊα νηὸς ἐκείνης. SCHOTT.

Plutarchum et Harpocrat. citat Nunnesius.

Ibid. 22. τὴν Δίαν] Diam Stephanus insulam et urbem Peloponnesi agnoscit, et quatuor cognomines; unam, quæ et Naxos, alteram juxta Miletum, tertiam juxta Sarmossum, quartam ad Cnossum Cretæ. Vide Glossar. vetus. SCHOTT.

Ibid. 23. δυσὶ νεανίαις ἐσκιατραφημένοις] Quos adolescentes elegerit Theseus, qua forma, ut illos educaverit, nemo melius

nec copiosius Plutarcho. Addit Harpocratio, quod et repetit Suidas, lectos illos *ἐκ τῶν γένει τε καὶ πλούτῳ προεχόντων.* NUNNES.

354, 25. *ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ*] Athenæus XI. p. 495. ex Aristodemo lib. III. *περὶ Πινδάρου, τοῖς Σκίρροις, φησὶν, Ἀθήναζε ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφήβων δρόμῳ, τρέχειν δ' αὐτοὺς ἔχοντας ἀμπέλου κλάδον κατάκαρπον τὸν καλούμενον ὄσχον. Τρέχουσι δ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου μέχρι τοῦ τῆς Σκιρράδος Ἀθηνᾶς ἱεροῦ.* De festo Scirrhorum et Minervæ cognomine *Σκιρράδος* Harpocratio, et Schol. Aristophanis Eccles. init. Nicandri quoque scholiis in Alexipharmaca hæc illustrantur. *Ὀσχοφόροι,* inquit, *λέγονται Ἀθήνῃσι παῖδες ἀμφιθαλεῖς ἁμιλλώμενοι κατὰ φυλάς· οἱ λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλου ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου ἔτρεχον εἰς τὸ τῆς Σκιρράδος Ἀθηνᾶς ἱερόν.* NUNNES.

Ibid. 26. *τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σκιριάδος*] Minerva cognominata *Scirias* aut *Sciras;* idque a Sciro, vate Dodoneo, qui vetustissimum ejus deæ templum condidit; unde et Atticæ loco nomen datum, ut refert in Atticis Pausanias c. 36. p. 88. *Σκιρράδος* duplici *ρ* est in Athenæo XI. p. 495. *Σκιράδος* singulari canina litera in Schol. Alexiph. Nicandri, et Hesychius *Σκειρὰς,* inquit, *ἡ Ἀθηνᾶ.* Harpocration vero *Ἀθηνᾶν Σκιρράδα τιμῶσιν Ἀθηναῖοι.* Strabo quoque IX. p. 603 = 571. Eadem fere Stephanus de Urbibus. SCHOTT.

355, 2. *ἐκ τῆς πενταπλῆς*] Hic *cinnus* erat ex oleo, vino, melle, caseo, et hordeacea farina; quæ singula mystice designabant aliud: de hoc versus leges super Eiresiona, hoc est, oleæ ramo lana coronato, in Theseo Plutarchi, qui et initio quarti Stromatum apud Clementem leguntur. Lege et Homeri carmen apud Herodotum in vita ejus, Aristophanem, ejusque interpretem doctissimum locis aliquot, Suidam, Eustathium, Favorinum, et alios. SCHOTT.

Ibid. Athenæus l. c. addit hæc ex illo loco Aristodemi: *Καὶ ὁ νικήσας λαμβάνει κύλικα τὴν λεγομένην πεντάπλοον, καὶ κωμάζει μετὰ χοροῦ· πενταπλόα δ' ἡ κύλιξ καλεῖται καθόσον οἶνον ἔχει, καὶ μέλι, καὶ τυρὸν, καὶ ἄλφιτον, καὶ ἐλαίον βραχύ.* NUNNES.

Ibid. 5. *Εὐκτικὰ δὲ*] *Hymnorum* species sunt Menandro Rhetori Laodicensi *εὐκτικοὶ,* [p. 30. ed. Heeren.] hoc est *precatorii* seu *votivi,* qui tenuem quandam deprecationem continent,

sine aliis orationis partibus; et ἀπευκτικοὶ contra, quibus contraria precamur. Vide Lud. Cœlium Antiq. Lect. VII. 5. SCHOTT.

Menandrum citat etiam Nunnesius.

Ibid. 7. Πραγματικὰ] Ejusmodi hymni sunt aliquot apud Horatium, non omnes tamen Odæ, quæ inscribuntur Πραγματικαί. NUNNES.

Ibid. 8. Ἐμπορικὰ] Περὶ ἀποπεμπτικῶν accurate idem Menander, qui ἐπελέγοντο ταῖς ἀποδημίαις θεῶν νομιζομέναις ἢ γινομέναις. Hujusmodi refert editos a Bacchylide. Illud tamen τῶν ἐμποριῶν ad homines videtur potius pertinere. NUNNES.

Ibid. 10. Ἀποστολικὰ] Cum de aliquo ad alium scribimus. Hujusmodi multæ exstant hodieque epistolæ versibus dictatæ Antholog. VII. Tale putatur Pindari Isthm. II. Sic enim nos monet scholiastes: Οὗτος ὁ ἐπινίκιος γέγραπται μὲν εἰς Ξενοκράτην Ἀκραγαντῖνον, πέμπεται δὲ Θρασυβούλῳ διά τινος Νικασίππου, ὥστε εἶναι ἀποστολικὸν αὐτόν. Tales, sed prosa oratione non vincta, et veterum Christianorum præsulum, jam inde ab initio nascentis ecclesiæ seseque propagantis, *Epistolæ* commendatitiæ pauperum iterque facientium; de quibus diserte Gregorius Naz. cognomento Theologus στηλιτευτικῇ α′ adversus Julianum imp. καὶ τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν, τήν τε ἄλλην ὁπόσην καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρῄζοντας παραπέμπομεν. Harum epistolarum mittendarum ratio in Nicæna prima synodo instituta est bono publico ecclesiæ, de quibus Burchardus Wormaciensis II. de Eccles. Ord. c. 227. et Gratianus 73. distinct. et Ivopar. VI. de caussis clericorum c. 434. et seq. De his erudite disseruit singulari libello amicus noster Gerardus Rodolphus, Graviensis: manum itaque de tabula. SCHOTT.

Ibid. 10. ἀποστολικὰ] Hi videntur hymni προπεμπτικοὶ, de quibus idem Menander Rhetor. NUNNES.

Ibid. 12. γνωμολογικὰ] Ut Theognidis, Phocylidis, Pythagoræ, Solonis, Tyrtæi, aliorumque ἀποσπασμάτια sæpius jam in vulgus data; collecta ex Plutarcho, Athenæo, Clemente Alexandrino, Stobæo, ceteris. SCHOTT.

Ibid. Videntur Odæ parænetice, quales Horatii multæ; nisi velis τὰς παραινέσεις Theognidis et Phocylidis accipere;

quæ hymni non erunt; quod malim, quum Proclus supra negaverit hæc melica esse. Sic et georgica, quorum deinceps meminit, non sunt melica, neque etiam τὰ ἐπισταλτικά: quales Epistolæ fortasse Ovidii, et aliorum. Plura Odarum genera legantur in indicibus illis Horatianis, et apud Menandrum, e quibus aliqua possunt ad hæc revocari: ut οἱ κλητικοὶ (p. 33.) πρὸς τὰ εὐκτικά. NUNNES.

Ibid. 13. τὰ γεωργικὰ] Præter innumeros Rei Rusticæ scriptores a M. T. Varrone, Columella, Plinio enumeratos, Orphei γεωργικὰ nominat Is. Tzetzes. Talia Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέραι, quod opus expressit vel vicit potius divinus Maro libris quatuor Georg. Sic enim de se: *Ascræumque cano Romana per oppida carmen.* Pithoclis Samii ἐν τρίτῳ γεωργικῶν meminit Plutarchus. Chrysippus vero, Pamphili, et Paxami ἐν γεωργικοῖς Laërtius et Suidas. Antiphontem, Dorionem, et Æschylidem Athenæus citat III. 78 A. XIV. 650 D. E. Omitto eos qui μελισσουργικὰ scripserunt, Philistum, Neoptolemum, et Aristomachum a Plinio sæpe laudatos; et Nicandri Colophonii τῶν μελισσουργικῶν secundum advocat Athenæus III. p. 68 C. et Menecrates Ephesius poëta *de apibus,* laudatus a Varrone R. R. III. p. 5. cujus et Nicandri scholia meminerant. Plura collegit Camerarius junior. SCHOTT.

Ibid. χώρας καὶ φυτῶν] Primum hoc præceptum dat Maro (G. I. 52.) agricolæ, ut situm habitumque locorum diligenter contempletur; et ante illum Hippocrates, et Theophrastus sæpius περὶ φυτῶν αἰτιῶν. Διαφέρει γὰρ πρὸς τὴν τελείωσιν χώρα τε χωρῶν, καὶ ἀὴρ ἀέρος. Ex quo M. Varro R. R. I. est mutuatus, quæ non exscribo; et de his Œconomicis Xenophon, dux idem bonus et philosophus. Περὶ φυτῶν, de stirpibus vero, præter Theophrastum et Dioscoridem principes, varii scripsere; Phanias Eresius ab Athenæo laudatus, et Dionysius περὶ φυτῶν a Varrone, sive ut P. Victorius emendat, εὐφυτῶν, Oppius de silvestribus arboribus, a Macrobio Saturn. III. 19. citatus. Macer quoque carmine Latino, et alii. Nec enim nomenclaturam institui; tantum, quantum sit facta in ipsa etiam poëtica scriptorum jactura, recenseam. SCHOTT.

PRÆMONENDA TYCHSENII.

QUÆ hic in lucem emittimus, anecdota talia sunt, ut non valde ambitiosi esse videamur, si grata fore lectoribus nostris confidamus, et ipsa expectatione majora. Sunt ea omnia Procli Lycii Platonici, de cujus vita et reliquis scriptis hic nihil attinet dicere: sufficit de his, quæ jam prodire jussimus, reliquiis, pauca monere, et, unde quodque petitum sit, indicare. *Vitam Homeri* et de *Cypriis Carminibus* libellum descripsi e codice Iliados Homeri præstantissimo et valde antiquo, qui asservatur in Bibl. S. Laurentii Escurialensi, in quo hæc duo, e Chrestomathia Procli excerpta, præfixa leguntur Iliadi uberrimis scholiis instructæ, de quibus alias plura fortasse dicentur. Sed Homeri vitam sub Procli nomine jam olim edidit Leo Allatius *De patria Homeri* Lugd. 1640. 8. p.30. nulla tamen mentione facta unde ducta sit, hoc solum addito: *Proclum meæ mihi qualescunque schedæ.* Nos jam e codice auctiorem sistimus, collato insuper alio apographo e codice Veneto, cujus descriptionem dedimus supra, ut cum simul reliquis Chrestomathiæ fragmentis, ad quæ pertinuit olim, legeretur.

Quæ sequuntur plane sunt inedita, et, si quid judico, haud vulgaris pretii habenda, quippe quæ plurimorum veterum carminum ex cyclo epico argumenta exhibent, et insignem Chrestomathiæ Proclianæ partem restituunt, et in vitam quasi revocant, de quibus omnibus post renatas literas, præter conjecturas et exilia Procli excerpta, vix quidquam legebatur. Sed de his graviorem audient lectores judicem, ill. Heynium, qui, qua est humanitate et in bonas literas studio, curis suis exornare et expolire has reliquias non dedignatus est. Hoc tantum moneo, deberi illas omnes eidem codici Homeri Veneto, ex quo descripsit et mecum communicavit J. P. Siebenkees, cujus humanitati atque doctrinæ cum multa me debere gratus profitear, tum imprimis elegantem istius codicis descriptionem, quam hoc volumen exhibet, debet bibliotheca nostra et plura adhuc debebit.

HEYNII PRÆFATIO.

PROCLI LYCII Sec. V. philosophi, etsi nonnulla ad nos pervenere admodum utilia, aliis tamen æquo animo careremus, modo servati essent χρηστομαθίας γραμματικῆς libri duo, quibus ille multa de orationis cum pedestris tum poëticæ virtutibus e grammaticis congesserat, tum vero imprimis de diversis carminum generibus ita egerat, ut simul excellentes in unoquoque genere poëtas, eorumque vitas et carmina carminumque argumenta exponeret. Supersunt ex eo excerpta, parum quidem diligenter curata, præclara tamen, in Photii Bibliotheca Cod. CCXXXIX [a]. Præmittam ex eo contextum ver-

[a] Ut verba leguntur, non ipsum librum sed Eclogas Photius legisse dicendus erat: ἀνεγνώσθησαν ἐκ τῆς Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς ἐκλογαί: quod non animadversum a viris doctis miror. Sed vitio forte inscriptio laborat. Et scriptum sane erat: ἀνεγνώσθη ἐκ τῆς Π. χρ. γραμματικῆς. Firmes hoc ex lectionibus, quas Sylburgius subjecit libello ad Apollonii Grammatici calcem edito. Quæ etsi ita se habent, vel sic tamen Photius non ipsum Proclum, sed Excerptum aliquod seu Eclogas ex eo, in IV. libros diremtas, habuisse videtur. Hoc idem de grammatico statuendum arbitror, e quo mox fragmenta apposituri sumus. Videtur adeo satis mature ipsa Procli Chrestomathia interiisse: superstites mansisse Eclogarum libri IV.

Ceterum adjungere placet his pauca litteraria, quæ ad Procli Chrestomathiam spectant. Editionem ejus habemus sigillatim factam 1590. *Francofurti apud Andreæ Wecheli hæredes Claudium Marnium et Joannem Aubrium,* et alteram 1615. *typis Wechelianis, apud heredes Joannis Aubrii:* adeoque utramque ex eadem officina: est tamen prior multo emendatior Fr. Sylburgii opera, quam altera hæc ignorat, And. Schotti præfatiuncula præmissa. Cum tamen satis constet, ab Andr. Schotto *primo* Procli Chrestomathiam editam esse, cumque Sylburgii editio ipsi Schotto inscripta sit, mirari licet, quomodo in nova editione ab ipso Schotto parata et XXV annis post iterum in lucem emissa, subjecta quoque Schotti *Observationum humanarum* libris quinque *Hanoviæ typis Wechelianis apud heredes Jo. Aubrii,* deteriora iterum lectoribus obtrudi potuerint. Suspicabar habendum hoc inter librariarum tabernarum fraudes, quibus illi nos haud raro ludificant. Verum repetenda res est a Schotti malevolentia. Itaque de toto hoc genere ita erit statuendum: And. Schottus *primo* in Hispania exscriptum fragmentum hoc ex codice (qui tamen Photii non fuit, ut ex Schotti præfatione ad Photium assequi licet) bibliothecæ Antonini Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, cum Latina versione vulgaverat. Missum id ad se *iterum* edidit in Germania et Apollonio de Syntaxi subjecit Fr. Sylburgius 1590. sed adhibito alio exemplo, quod olim ex Henr. Stephani bibliotheca descriptum, et ad duo codd. collatum ille habebat, multo plenius et emendatius: adjectæ quoque ab eo Notationes p. 385. 6. 7. Non neglecta est

borum ad quem illa, quæ e codd. nunc primum edita sunt, pertinuere. Itaque, ubi de epica poësi ex Proclo Photius agere incipit: *γεγόνασι δὲ*, inquit, *τοῦ ἔπους ποιηταὶ κράτιστοι μὲν Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πίσανδρος, Πανύασις, Ἀντίμαχος.* (Sunt hi quos grammatici Alexandrini epicorum poëtarum principes pronuntiarunt.) *Διέρχεται δὲ* (Proclus) *τούτων, ὡς οἷόν τέ ἐστι, γένος τε καὶ πατρίδας, καί τινας ἐπὶ μέρους πράξεις* (unde intelligitur vitam Homeri hoc loco insertam fuisse) *Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐπικοῦ κύκλου, ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως· ἐξ ἧς αὐτῷ* (l. *αὐτοὶ*) *καὶ τρεῖς παῖδας γεννῶσιν* (ita leg. pro *γινώσκουσι*) *Ἑκατοντάχειρας, καὶ τρεῖς ἑτέρους* (*ἀποτίκτουσι*) *Κύκλωπας. Διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν τά τε ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴ πού τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται.* (Hactenus *Cyclus epicus* ipsi est Cyclus ipsarum rerum quæ argumentum poëtis suppeditabant, adeoque is quem melius dicimus *Cyclum mythicum*, h. e. complexus mythorum, quos antiquiores poëtæ suis carminibus exposuerant: ducit is exordium inde a deorum genealogia et cosmogonia et procedit usque ad extrema Ulyssis fata.) *καὶ περατοῦται ὁ ἐπικὸς κύκλος συμπληρούμενος ἐκ διαφόρων ποιητῶν μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀποβάσεως Ὀδύσσεως· ἐν ᾗ καὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς Τηλεγόνου, ἀγνοοῦντος ὡς πατὴρ εἴη, κτείνεται.* (Nunc *Cyclus epicus* paullo aliter accipitur de *ipso poëtarum numero*, qui mythos Cyclo paullo ante dicto comprehensos *carminibus epicis* exposuerant. Horum carmina secundum argumenta mythorum, quos pertractabant, ita constitui potuere, ut, dum aliud ex alio se excipiebat, contextum fabularum inde a prima rerum origine usque ad Ulyssis exitum haberes. Hæc *altera est notio Cycli epici*, cum illa priore plerumque confusa.) *Λέγει δὲ ὡς τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται, καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων.* (Si vera hæc sunt, quod cur dubites causam non video, *Procli ætate cyclici poëtæ adhuc legebantur:* et Proclus ex iis argumenta ipse conficere potuit quæ in Crestomathia

Sylburgii opera in Photio ab D. Hœschelio paullo post 1601. edito. Sed ignorare eam videri voluit Schottus primo in vertendo e cod. Rom. Photio 1606. (in quo bonorum ille obtrectator Hœschelii nomen studiose silentio præterit) tum in nova editione Procli ad calcem Observationum humanarum, in qua ne nomine quidem Sylburgium meminit, attexuit tamen Petri Jo. Nunnesii, Hispani Valentini, notas.

perscripserat.) *Λέγει καὶ τὰς πατρίδας τῶν πραγματευομένων τὸν ἐπικὸν κύκλον.* (Proclus in sua Chrestomathia non modo argumenta carminum, quæ Cyclum epicum constituebant, verum etiam poëtarum, qui ea contexuerant aut contexuisse ferebantur, nomina et patriam adscripserat: adeoque etiam v. c. Leschei, Arctini, Stasini etc. quæ omnia ab excerptore Photio omissa sunt, qui ne carminum quidem cyclicorum mentionem fecit nisi *Cypriorum* in loco qui hinc sequitur: *Λέγει δὲ καὶ περὶ τῶν* Κυπρίων *ποιημάτων* etc. Locum apponemus paullo post, ubi ad illa carmina perventum erit. Nunc igitur sic erit statuendum: Proclus enarraverat carmina, carminumque argumenta et auctores, ex ordine, qui mythos antiquiores inde ab Urano carmine epico persequuti erant; et quidem partim veterum grammaticorum ductu (erat enim liber *χρηστομαθία γραμματική*) partim lectione istorum carminum. Hæc quidem interiere omnia. Debuere autem esse in eorum numero Genealogiæ deorum, Titanomachia, Argonautica, Thebais, Heracleis, Theseis et alia. Verum ubi in his mythis, adeoque in ipsis enarrandis carminibus, perventum erat ad *belli Trojani* tempora, ecce fuit grammaticus, qui ex Proclo particulam aliquam excerptam suo codici adscriberet: atque ex hoc servata sunt nonnulla, quæ hic apponimus: primo loco Vita Homeri jam ab Allatio vulgata, sed truncata: altero loco Cypriorum reliquorumque Cyclicorum carminum argumenta, antea prorsus ignota. Debentur illa sollertiæ et doctrinæ TYCHSENII nostri V. C. qui cum codicem Iliadis Matritensem evolvebat, Procli nonnulla scripta animadvertit ac descripsit. Excitavit idem studium viri doctissimi SIEBENKEES, Venetiis degentis, ut e cod. bibliothecæ S. Marci alia fragmenta describeret, de quibus sigillatim monebitur.

Quæ igitur nunc primo loco hic apposita est Vita Homeri ab Allatio olim edita, emendatior ac plenior nunc exhibetur partim e codice Matritensi V. C. TYCHSENII opera, partim e cod. Veneto a viro doctissimo SIEBENKEES exscripta. Si tamen eam modo interpolatam et aliena opera auctam, modo sub finem truncatam dixeris, non habeo quod reponam. Sunt nonnulla ex his, quæ ex aliis grammaticorum vitis Homeri apud Allatium, Barnesium, et nuper apud Wassenbergium

V. C. illustrari forte possunt: nolo tamen in his hærere, quæ satis nota sunt aut esse possunt.

Quæ de stirpe et nomine Homeri narrantur, sunt fere petita ex poëtarum, qui Homeri mentionem fecerant, ornamentis ac figmentis poëticis, alia ex grammaticorum acumine super etymo ludentium, quod et cæcum et obsidem denotat, ducta, nec pro historica veritate erant illa venditanda. Si tamen priora illa sequuti sunt scriptores Hellanicus, Damastes Sigeensis, et Pherecydes, qui ad Orpheum genus Homeri retulerunt, reputandum est eos scripto mandasse mythos, seu ea quæ mythice tradita erant: est autem hoc mythicum, si a Musis, ab Orpheo, Lino, Musæo, vates genus ducere dictus est. Antiquior ceteris fama fuisse videtur illa, quæ ad Meletem fl. natales ejus retulit.

(A) ΠΡΟΚΛΟΥ ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΙΑΣ ΤΩΝ ΕΙΣ Δ̄ ΔΙΗΙΡΗΜΕΝΩΝ ΤΟ Ā. ΟΜΗΡΟΥ ΧΡΟΝΟΙ, ΒΙΟΣ, ΧΑΡΑΚΤΗΡ, ΑΝΑΓΡΑΦΗ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.

ἘΠΩΝ ποιηταὶ γεγόνασι πολλοί· τούτων δέ εἰσι κράτιστοι, Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πείσανδρος, Πανύασσις, Ἀντίμαχος. [a] Ὅμηρος μὲν οὖν τίνων γονέων, ἢ ποίας [b] ἐγένετο πατρίδος, οὐ [c] ῥᾴδιον ἀποφῆνασθαι· οὔτε γὰρ αὐτός τι λελάληκεν· ἀλλ' οὐδὲ οἱ περὶ αὐτοῦ εἰπόντες συμπεφωνήκασιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μηδὲν ῥητῶς ἐμφαίνειν περὶ τούτων τὴν ποίησιν αὐτοῦ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἕκαστος οἷς ἐβούλετο ἐχαρίσατο. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν [d] ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην, ἄλλοι [e] δὲ Κυμαῖον· καὶ καθόλου πᾶσα πόλις ἀντιποιεῖται τοῦ ἀνδρὸς, ὅθεν εἰκότως ἂν κοσμοπολίτης λέγοιτο. Οἱ μὲν οὖν Σμυρναῖον αὐτὸν [f] ἀποφαινόμενοι Μαίονος μὲν πατρὸς λέγουσιν εἶναι, γεννηθῆναι δὲ ἐπὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ, ὅθεν καὶ Μελησιγενῆ ὀνομασθῆναι, δοθέντα δὲ Χίοις εἰς ὁμη-

[a] Hic demum incipit Allatius, Ὅμηρος ὁ ποιητὴς τίνων μὲν γον.

[b] ἐγένετο addit Allatius et MS. Ven.

[c] ῥᾴδιον Allat. et MS. Ven. in MS. Esc. ῥᾳδίως.

[d] ἀνηγόρευσαν Allat. et MS. Ven. sed Allat. omisso αὐτόν. Escur. ἠγόρευσαν.

[e] οἱ δὲ Κ. Allat.

[f] ἀποφαινόμενοι Allat. Ven. At MS. Esc. καταφαινόμενοι. Mox Μαίονος melius MS. Ven. Allat. et Esc. Μαίωνος.

ρείαν Ὅμηρον κληθῆναι. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς [g] τῶν ὀμμάτων πηρώσεως τούτου τυχεῖν αὐτόν φασι τοῦ ὀνόματος· τοὺς γὰρ τυφλοὺς ὑπὸ τῶν Αἰολέων ὁμήρους καλεῖσθαι. [h] Ἑλλάνικος δὲ καὶ Δαμάστης καὶ Φερεκύδης εἰς Ὀρφέα τὸ γένος ἀνάγουσιν αὐτοῦ. Μαίονα γάρ φασι τὸν Ὁμήρου πατέρα, καὶ Δῖον τὸν Ἡσιόδου γενέσθαι Ἀπελλίδος, τοῦ Μελανωποῦ, τοῦ Ἐπιφραδέος, τοῦ Χαριφήμου, τοῦ [i] Φιλοτερπέος, τοῦ Ἰδμονίδα, τοῦ Εὐκλέους, τοῦ Δωρίωνος, τοῦ Ὀρφέως. Γοργίας δὲ ὁ Λεοντῖνος εἰς Μουσαῖον αὐτὸν ἀνάγει. Περὶ δὲ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ λόγος τις φέρεται τοιοῦτος. Ἀνελεῖν φασὶν αὐτῷ τὸν θεὸν, χρωμένῳ περὶ ἀσφαλείας, τάδε,

Ἔστιν Ἴος νῆσος, μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται· ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

Λέγουσιν οὖν αὐτὸν εἰς Ἴον πλεύσαντα διατρίψαι μὲν παρὰ [k] Κρεωφύλῳ, γράψαντα δὲ Οἰχαλίας ἅλωσιν τούτῳ χαρίσασθαι, ἥτις νῦν ὡς [k] Κρεωφύλου περιφέρεται. Καθεζόμενον δὲ ἐπί τινος ἀκτῆς, θεασάμενον ἁλιεῖς, προσειπεῖν αὐτοὺς, καὶ ἀνακρῖναι τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν·

Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης θηρήτορες, [l] ἦ ῥ' ἔχομέν τι;

[m] ὑποτυχόντα δὲ αὐτῷ ἕνα εἰπεῖν·

Οὓς ἕλομεν, λιπόμεσθ'· οὓς δ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα.

Οὐκ ἐπιβάλλοντος δὲ αὐτοῦ διελέσθαι τὸ αἴνιγμα, ὅτι ἐπ' ἰχθυΐαν καταβάντες ἀφήμαρτον, φθειρισάμενοι δὲ, ὅσους μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν ἀποκτείναντες ἀπολεί-

[g] τῶν ὀμμάτων Allat. et MS. Ven. τοῦ ὄμματος Esc.

[h] Hæc omnia usque ad ἀνάγει, l. 10, desunt apud Allat. Mox τὸ γένος ἀνάγουσιν αὐτοῦ melius MS. Ven. etiam Μαίονα et τὸν Ἡσίοδον. τοῦ Ἡ. Escur. Porro Ἀπελλίδος dedimus, quod res postulabat, et MS. Ven. firmat: in Escur. erat ἀπὸ Ἑλλίδος.

[i] Φιλοτέρπεως] Φιλοτερπέος Bekker.

[k] Κρεοφύλῳ Bekker.

[l] ἦ ῥ'] ἆρ' Bekker.

[m] Codex Escur. ὑποτυχόντες, male. Ven. αὐτῶν.

πουσιν, ὅσοι δὲ [n] *αὐτοὺς διέφυγον, τούτους ἀποκομίζουσιν, οὕτω δὲ ἐκεῖνον ἀθυμήσαντα, σύννουν* [o] *ἀπιέναι, τοῦ χρησμοῦ ἔννοιαν λαμβάνοντα· καὶ οὕτως ὀλισθέντα περιπταῖσαι λίθῳ καὶ τριταῖον τελευτῆσαι.* [p] Ἀλλὰ *δὴ ταῦτα μὲν πολλῆς ἔχεται ζητήσεως· ἵνα δὲ* [q] *μηδὲ τούτων ἄπειρος ὑπάρχῃς, διὰ τοῦτο εἰς ταῦτα* [r] *κατεχώρησα.* Τυφλὸν *δὲ ὅσοι τοῦτον ἀπεφήναντο, αὐτοί μοι δοκοῦσι τὴν διάνοιαν πεπηρῶσθαι· τοσαῦτα γὰρ* [s] *κατεῖδεν ὁ* [t] *ἄνθρωπος* [u] *ὅσα οὐδεὶς πώποτε.*

Εἰσὶ *δὲ* [x] *οἵτινες ἀνεψιὸν αὐτὸν* Ἡσιόδου *παρέδοσαν, ἀτριβεῖς ὄντες ποιήσεως· τοσοῦτον γὰρ ἀπέχουσι* [y] *τῷ γένει προσήκειν, ὅσον* [z] *ἡ ποίησις διέστηκεν αὐτῶν.* Ἄλλως *δὲ οὐδὲ τοῖς χρόνοις* [a] *συνεπέβαλον ἀλλήλοις.* [b] Ἄθλιοι *δὲ οἱ τὸ αἴνιγμα πλάσαντες τοῦτο·*

> *Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκεν,*
> *Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι* [c] *δῖον Ὅμηρον.*

Ἀλλὰ *γὰρ ἐπλανήθησαν ἐκ τῶν* Ἡσιοδείων *ἡμερῶν· ἕτερον γάρ τι σημαίνει.* Τοῖς *δὲ χρόνοις αὐτὸν οἱ μὲν περὶ τὸν* Ἀρίσταρχόν *φασι γενέσθαι κατὰ τὴν τῆς* Ἰωνίας *ἀποικίαν, ἥτις ὑστερεῖ τῆς* [d] *τῶν* Ἡρακλειδῶν *καθόδου ἔτεσιν ἑξήκοντα, τὸ δὲ περὶ τοὺς* Ἡρακλείδας *λείπεται τῶν* Τρωϊκῶν *ἔτεσιν ὀγδοήκοντα· οἱ δὲ περὶ* Κράτητα *ἀνάγουσιν αὐτὸν εἰς τοὺς* Τρωϊκοὺς *χρόνους.*

[n] *αὐτοὺς* Allat. et MS. Ven. recte. Escur. *αὐτῶν.*

[o] *ἐπιέναι* Allat.

[p] Totum hoc quod sequitur comma deest apud Allatium. Pro *κεχώρηκα* MS. Ven. *κατεχώρησα.*

[q] *μήτε*] *μηδὲ* Bekker.

[r] *κατεχώρησα* Bekker.

[s] *ὁ ἄνθρωπος* addit Allat. et MS. Ven.

[t] Hic *ἄνθρωπος* omittit Allat. et MS. Ven.

[u] *ὅσον* Allat.

[x] Allat. *τινὲς, οἵ.*

[y] *τοῦ* Bekker.

[z] *ἡ* addidi ex Allat. et MS. Ven.

[a] *συνέβαλον* Bekker.

[b] Quæ sequuntur usque ad *Τρωϊκοὺς χρόνους*, l. 23, desunt apud Allat.

[c] *θεῖον* Bekker.

[d] *τῶν* om. Bekker.

Φαίνεται δὲ [e] γηραιὸς ἐκλελοιπὼς τὸν βίον· ἡ γὰρ ἀνυπέρβλητος ἀκρίβεια τῶν πραγμάτων [f] προβεβηκυῖαν ἡλικίαν παρίστησι. Πολλὰ δὲ ἐπεληθυθὼς μέρη τῆς οἰκουμένης ἐκ τῆς πολυπειρίας τῶν τόπων εὑρίσκεται. [g] Τούτῳ δὲ προσυπονοητέον καὶ πλούτου πολλὴν περιουσίαν γενέσθαι· αἱ γὰρ μακραὶ ἀποδημίαι πολλῶν [h] ἀναλωμάτων δέονται, καὶ ταῦτα κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους, οὔτε πάντων πλεομένων ἀκινδύνως, οὔτε ἐπιμισγομένων ἀλλήλοις πω τῶν ἀνθρώπων ῥᾳδίως. [i] Γέγραφε δὲ ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν, ἣν [k] Ξένων καὶ Ἑλλάνικος ἀφαιροῦνται αὐτοῦ, οἱ μέντοι γε ἀρχαῖοι καὶ τὸν Κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν· προστιθέασι δὲ αὐτῷ καὶ παίγνιά τινα, Μαργίτην καὶ [l] Βατραχομυομαχίαν· [m] ἔντε πακτίον αἶγα Κέρκωπας κενούς.

[e] γήρᾳ Allat.

[f] προβεβηκυῖαν Allat. et MS. Ven. et Escur. τελείαν.

[g] Τοῦτο δὲ πρ. Allat. et MS. Escur. Quod emendaveram firmat MS. Ven.

[h] ἀναλ. δέονται Allat. In MS. Ven. exciderant αἱ γὰρ—ad ἀναλωμάτων.

[i] Γέγραφε Allat. et MS. Ven. γεγράφθαι MS. Escur. nisi exciderat in hoc φέρεται, λέγεται. Paullo ante ex Ven. dedi οὔτε ἐ. ἀ. πω pro πῶς,

[k] Quæ sequuntur desunt ap. Allat. qui solummodo habet: προστιθέασι δέ τινες αὐτῷ cet. Pro ξένων MS. Ven. ἠὺξένων.

[l] Ita et Allat. βατραχομυομαχίαν. In Cod. Esc. βατραχομαχίαν ἢ μυομαχίαν. Ex Ven. eadem laudantur, nisi quod κυομαχίαν exaratum. Βατραχομαχίαν ἢ μυομαχίαν Bekker.

[m] ἐντεπάκτιον MS. Ven. Corruptam hanc vocem similiter exhibet Allatius, qui conjicit ἑπταπέκτιον, villosam. Hesych. ἑπταπέκτιος. ἡ βαθείας τρίχας ἔχουσα: scilicet est a πέκω, *tondeo*. Videtur hoc spectare ad Capram Amaltheam.

IN PROCLUM

DE HOMERO ANNOTATIONES.

P. 445, 16. ΜΑΙΩΝΟΣ] Melius Μαίονος. Corruptum in altera Homeri vita in Μάρωνος. v. Wassenb. In Certam. H. et H. alia corruptela Βίωνα pro Μαίονα.

446, 4. Ἑλλάνικος] Eadem ex Charace repetita apud Suidam in Ὅμηρος. Charax illa seu in historiarum Græcarum libb. XL. seu in Chronicis tradiderat. Qui hic Ἀπελλὶς est, apud Suidam legitur Ἀπελλῆς, quod idem nomen avi materni ex Ephoro proditur in Vita Homeri Plutarcho adscripta, et in altera quæ sub Herodoti nomine fertur. Χαρίφημος ibidem Εὔφημος, et Δορίων, Δρῆς, Orphei f. Alia varietas est in Certam. H. et H. p. xxii. ed. Barnes. De Gorgia alibi lectum hoc, quod hic editur, non memini.

Ibid. 10. Περὶ δὲ τῆς τελευτῆς] Unde absurda hæc, per omnem tamen antiquitatem propagata, narratio ortum habuerit, non exputare licet. Valde antiquam esse necesse est, ortam forte ab aliquo, qui inventi a se vel ab alio ænigmatis graviorem auctorem subjicere volebat. Carmen Ἔστιν Ἴος νῆσος etiam in Plutarchi V. Homeri legitur. Quod in altero carmine θηρήτορες est, etiam in Plut. et in Cert. H. et H. occurrit; at ceteri legunt ἁλιήτορες accommodatiore verbo. Pro οὓς ἕλομεν—οὓς δ' (ad quod accommodari posset lectio apud Plutarch. loc. cit. et in Certam. H. et H. ἦ ῥ' ἔχετ' ἰχθῦς) iidem ὅσσ'—ὅσα δ', et Herodot. ἅσσ' melius. In Plut. τὰ δ' οὐχ ἑ. In οὐκ ἐπιβάλλοντος δὲ αὐτοῦ διελέσθαι τὸ αἴνιγμα nihil variant libri. Expectabam οὐ συμβάλλοντος, etsi nec hoc satis convenit. Ceterum ἰχθυΐαν dixit, quam alii τὴν ἁλείαν. Pro ἀπολείπουσι debet esse καταλείπουσι. Sed non tam ac-

curate loquitur auctor. Quod illiso pede lapsus mortem contraxit Homerus, occurrit quoque in Certam. H. et H. sub finem.

447, 7. Τυφλὸν δὲ ὅσοι] Cum acumine hoc dictum, cæcutire quicumque Homerum cæcum fuisse prodiderint. Homerum patruelem Hesiodi fuisse Ephorus tradiderat: v. Vita Homeri Plutarcho tributa. Quod noster id negat, feramus: sed ratio adjecta est jejuna, quod ex poëmatum diversitate rem manifestam esse vult, haud patrueles eos esse potuisse. Ἆθλιοι δὲ οἱ τὸ αἴνιγμα πλάσαντες. Cur αἴνιγμα dixerit, quod ἐπίγραμμα erat, non dixerim. Respuendum hoc tanquam serius fictum nemo dubitaverit. Egere de hoc passim viri docti, etiam in Hesiodi vita; vide vel Robinsoni Diss. Potuit tamen tripus in Helicone positus esse, qui ad Hesiodum referebatur, τόνδ' ἀνέθηκεν in Anthol. Steph. est τῇ δ' ἀνέθηκα. Locus in Hesiodi Ἔργ. est 654—658. Quæ paullo post de rerum copia Homero ex peregrinatione affluente subjiciuntur, aut Procli aut alterius judicium haud admodum acutum produnt, qui res non ex Homerica, sed ex sua ætate æstimare et dijudicare maluit. Non minus e pravo ad sua tempora facto judicio alii Homerum ἀλήτην aliquem et erronem stipe collecta se sustentantem exhibuerant: prorsus immemores priscæ vitæ, qua ἀοιδοὶ adire solebant urbes et cœtus hominum, et ab iis hospitio excepti invitari ut carmina sua recitarent.

447, 22. Οἱ δὲ περὶ Κράτητα] Conveniunt Tatiani verba: Οἱ περὶ Κράτητα πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω ὀγδοήκοντα ἐτῶν. Eadem cum Dionysio (Barnes. p. xxx.) alter grammaticus ap. Wassenberg. p. 2. Recte vero ille: τοῦτο δὲ ἀπίθανον ὑπάρχει· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ὅμηρος ὑστεροῦντα πολλοῖς χρόνοις ἑαυτὸν ἀποδείκνυται λέγων· Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

448, 9. γέγραφε δὲ ποιήσεις δύο] In hoc sane acutiores consentiunt: recte et alter grammaticus ap. Allat. οὐδὲν δὲ αὐτοῦ θετέον ἔξω τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας etc. Confer Wassenb. not. p. 11.

Ibid. 11. *Xenon* sane vel *Xenion* inter historicos memoratur; sed ad h. l. vix spectare videtur. Puto *Zenon* (Ζήνων) *Citiensis*, quem in Iliadem Odysseam et Margiten scripsisse satis constat vel ex Dione Chrys. et Laërtio. Nec tamen

satis bene ille cum Hellanico jungitur. Post *Ξένων καὶ Ἑλλάνικος ἀφαιροῦσιν αὐτοῦ* videntur excidisse nomina; etsi retrahi ad illa verba potest e seqq. *τὸν κύκλον*. Illud in his animo tenendum: antiquiores multo plura tribuisse Homero quam grammaticos Alexandrinos, quia Hellanici ævo nulla adhuc critices subtilitas aut fuit aut esse potuit

448, 14. *ἔν τε πάκτιον αἶγα*] Bentleius Diss. ad Malelam p. 63. ingeniose, sed perperam, *τὸν Ἑπταεπάκτιον* emendarat, respectu ad prædones *ἐπ' ἀκτῆς* in Herodot. Vit. Hom. 19, 20. et Certam. H. et H. At Allatii emendationem *ἑπτάπεκτον αἶγα*, *villosam, hirsutam, ita ut vel septies tonderi possit*, satis firmavit Toupius Ep. Crit. p. 142. (T. II. p. 578.) *Κέρκωπας κενούς*. Ultima vox nata videtur ex *καὶ Νόστους*, quos Homero cum Cyclo tributos esse constat. Toupius eodem loco *Κέρκωπας ἐκείνους* legit, quod vix probes.

(B) # ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΥΠΡΙΩΝ

ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.

Ἐπιβάλλει τούτοις τὰ λεγόμενα Κύπρια ἐν βιβλίοις φερόμενα ἕνδεκα· ὧν [a] περὶ τῆς γραφῆς ὕστερον

[De Carminibus Cypriis Commentationem scripsit R.J.F. Henrichsen eamque edidit Hauniæ 1828. in 8°. Vide Fr. Thiersch. in Act. Monac. T. II. p. 572 sqq. Bekker. ante Tzetzæ Antehomeric. etc. 1816. Pauca quæ supersunt fragmenta cum cæteris Cycli Epici reliquiis edidit post Homerum Didotius Paris. 1838.]

Hunc præclarum locum de *Cyprio carmine* unice codici Escurialensi debemus. Argumento hoc eorum semel cognito lux affunditur multis antiquiorum poëtarum et scriptorum locis, qui de fabulis Trojanis agunt, quarum primus auctor adhuc ignorabatur. Nolo hic repetere ea, quæ ad Virgilii Æn. II. Exc. I. (secundis curis in nova paratur editione) exposita sunt cum de reliquis, tum de Cypriis: multo minus de fabulis ipsis hic recensitis. Sufficit Cypria XI. libris complexa esse res inde a Thetidis et Pelei nuptiis usque ad Iliadis initia.

[a] *ὧν περὶ τῆς γραφῆς ὕστερον ἐροῦμεν*] Fuit *συγγραφῆς, quisnam ejus carminis auctor fuit:* quippe de quo parum liquido constitit, cum alii ipsum Homerum, alii Stasinum vel Hegesiam, alii alios traderent. Sed probabilior auctoritas ea est, quæ de Stasino Cyprio habetur, a cujus patria quoque nomen ductum. Ceterum illa, quæ Proclus de auctore post hæc adjecerat, suppleri ex parte possunt ex Photio: *Λέγει δὲ καὶ περί τινων Κυπρίων ποιημάτων· καὶ ὡς οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσι Κύπριον, οἱ δὲ Ἡγήσιον τὸν Σαλαμίνιον* (Hegesias est Athen. XV. p. 682 D.) *αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν, οἱ δὲ Ὅμηρον· δοῦναι δὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Στασίνῳ* (Homerum ea dedisse pro dote, filia ei elocata) *καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα Κυπρία τὸν πόνον ἐπικληθῆναι· ἀλλ' οὐ τίθεται ὁ συγγραφεὺς τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ, μηδὲ γὰρ Κύπρια προπαροξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα.*. Obscura hæc ultima sunt et perplexa: putes carmen fuisse inscriptum *ἡ Κυπρία* sc. *ποίησις*, non *τὰ Κύπρια ἔπη*. Hoc tamen nomine cum alii tum ipse utitur: ut forte inversa ratione scriben-

ἐροῦμεν, ἵνα μὴ τὸν ἑξῆς λόγον νῦν ἐμποδίζωμεν· τὰ δὲ [b] περιέχοντά ἐστι ταῦτα.

Ζεὺς βουλεύεται [c] μετὰ τῆς Θέμιδος περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου· [d] παραγενομένη δὲ Ἔρις εὐωχουμένων τῶν θεῶν ἐν τοῖς Πηλέως γάμοις νεῖκος περὶ κάλλους ἐνίστησιν Ἀθηνᾷ, Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ· αἳ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν Ἴδῃ κατὰ Διὸς προσταγὴν ὑφ' Ἑρμοῦ πρὸς τὴν κρίσιν ἄγονται· καὶ προκρίνει τὴν Ἀφροδίτην ἐπαρθεὶς τοῖς Ἑλένης γάμοις Ἀλέξανδρος. Ἔπειτα δὲ, Ἀφροδίτης ὑποθεμένης, ναυπηγεῖται· καὶ Ἕλενος περὶ τῶν μελλόντων αὐτοῖς προθεσπίζει· καὶ ἡ Ἀφροδίτη Αἰνείαν συμπλεῖν αὐτῷ κελεύει· καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προδηλοῖ· ἐπιβὰς δὲ τῇ Λακεδαιμονίᾳ Ἀλέξανδρος ξενίζεται παρὰ τοῖς Τυνδαρίδαις, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Σπάρτῃ παρὰ Μενελάῳ· καὶ Ἑλένῃ παρὰ τὴν εὐωχίαν δίδωσι δῶρα ὁ Ἀλέξανδρος. Καὶ μετὰ ταῦτα Μενέλαος εἰς Κρήτην ἐκπλεῖ, κελεύσας τὴν Ἑλένην τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, ἕως ἂν ἀπαλλαγῶσιν. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀφροδίτη συνάγει τὴν Ἑλένην τῷ Ἀλεξάνδρῳ· καὶ μετὰ τὴν μίξιν τὰ πλεῖστα κτήματα ἐνθέμενοι νυκτὸς ἀποπλέουσι· χειμῶνα δὲ αὐτοῖς ἐφίστησιν Ἥρα· καὶ προσενεχθεὶς Σιδῶνι ὁ Ἀλέξανδρος

dum sit: καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα Κύπρια τὸν πόνον ἐπικληθῆναι. Cui rationi scriptor (Proclus) non accedit, μηδὲ γὰρ Κυπρία παροξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα: scilicet, si a Cypro dicta esset poësis, ἡ Κυπρία sc. ποίησις inscripta esse deberet. Sed vel sic argutiæ sunt.

[b] περιεχόμενα Bekker.

[c] μετὰ τῆς Θέτιδος scriptum erat: verum μετὰ τῆς Θέμιδος legendum: cum illa enim consilia miscet Jupiter; eadem super eventu nuptialium fatali monuit, nasciturum esse filium patre potentiorem. v. Pind. Isthm. VIII. 58. sq. 68. Apollon. IV. 800. Apollodor. III. 15, 5.

[d] Fabulæ notæ sunt omnes, quæ hic sequuntur. Breviorem earum texturam, cum ipsa Iliade, videbis in Vita Plutarcho tributa p. 148. Ern. Judicii dearum fundus fuit Il. Ω. 19. 30. Nonnulla alia ex antiquis petita, sed recentioribus figmentis interpolata dabit Coluthus. Mox αὐτοῖς leg. αὐτῷ.

αἱρεῖ τὴν πόλιν· καὶ ἀποπλεύσας εἰς Ἴλιον γάμους τῆς Ἑλένης ἐπετέλεσεν. Ἐν τούτῳ δὲ [e] *Κάστωρ μετὰ Πολυδεύκους τὰς Ἴδα καὶ Λυγκέως βοῦς ὑφαιρούμενοι ἐφωράθησαν· καὶ Κάστωρ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἴδα ἀναιρεῖται, Λυγκεὺς δὲ καὶ Ἴδας ὑπὸ Πολυδεύκους, καὶ Ζεὺς αὐτοῖς ἑτερήμερον νέμει τὴν ἀθανασίαν. Καὶ μετὰ ταῦτα Ἶρις ἀναγγέλλει τῷ Μενελάῳ τὰ γεγονότα κατὰ τὸν οἶκον· ὁ δὲ παραγενόμενος περὶ τῆς ἐπ'* [f] *Ἰλίου στρατείας βουλεύεται μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ· καὶ πρὸς Νέστορα παραγίνεται Μενέλαος· Νέστωρ δὲ ἐν παρεκβάσει διηγεῖται αὐτῷ,* [g] *ὡς Ἐπωπεὺς, φθείρας τὴν Λυκούργου θυγατέρα, ἐξεπορθήθη, καὶ τὰ περὶ Οἰδίπουν καὶ τὴν Ἡρακλέους μανίαν, καὶ τὰ περὶ Θησέα καὶ Ἀριάδνην. Ἔπειτα τοὺς ἡγεμόνας ἀθροίζουσιν, ἐπελθόντες τὴν Ἑλλάδα· καὶ μαίνεσθαι προσποιησάμενον τὸν Ὀδυσσέα ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν συστρατεύεσθαι ἐφώρασαν, Παλαμήδους ὑποθεμένου, τὸν υἱὸν* [h] *Τηλέμαχον ἐπὶ κόλασιν ἐξαρπάσαν-*

[e] De Castoris et Pollucis pugna cum Ida et Lynceo præclarus locus est Pindari Nem. X. Alia v. ad Apollod. III. 11, 2. p. 730. Pro *Λυγκέως* scriptum erat *Λυγέως* et *Λυγεὺς*, porro *αἴρει*, et *ὑφαιρόμενοι*. Reliqui mox *ἀναγγέλλει*. usitatius *ἀπαγγέλλει*.

[f] *Ἴλιον* MS. Monac.

[g] *ὡς Ἐπωπεὺς, φθείρας τὴν Λυκούργου θυγατέρα ἐξεπορθήθη*] Obscurior fabula, cujus tamen vestigia reperire mihi videor apud Apollodorum III. 5, 5. Sed vitium inesse arbitror nomini *Lycurgi: Λύκου* legendum est. Lycus, Nyctei frater, regnum Thebanum tenebat. Nyctei filia erat Antiope, quæ a Jove compressa, ut patris minas effugeret, Sicyonem ad Epopeum regem fugit, eique nupsit. Nycteus pater, dolore victus, sibi manus infert, fratri tamen Lyco injungit, ut filiam et Epopeum ulciscatur. Ducit Lycus copias adversus Sicyonem, eaque capta et Epopeo cæso Antiopen captam abducit, e qua nascuntur Zethus et Amphion. Hæc est illa narratio, cujus fundum in Cypriis fuisse nunc discimus. De Jovis amoribus nihil hic narratum esse videtur: cum Epopeus vitiasse filiam Lyci dicatur, non a Jove compressam in matrimonium duxisse.

[h] *τὸν Τηλέμαχον ἐπὶ κόλασιν ἐξαρπάσαντες*] Vulgaris narratio est de puero Telemacho arantis Ulyssis aratro subjecto: v. Hygin. f. 95. et ibi laudata. Primus auctor in Cypriis rem ita narrare debuit,

τες. Καὶ μετὰ ταῦτα συνελθόντες εἰς Αὐλίδα θύουσι· καὶ τὰ περὶ τὸν δράκοντα καὶ τοὺς στρουθοὺς γενόμενα δείκνυται· καὶ Κάλχας περὶ τῶν ἀποβησομένων προλέγει αὐτοῖς· [i] ἔπειτα ἀναχθέντες Τευθρανίᾳ προσίσχουσι, καὶ ταύτην ὡς Ἴλιον ἐπόρθουν. Τήλεφος δὲ [k] ἐκ βοηθείας Θέρσανδρόν τε τὸν Πολυνείκους κτείνει, καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀχιλλέως τιτρώσκεται· ἀποπλέουσι δὲ αὐτοῖς ἐκ τῆς Μυσίας χειμὼν ἐπιπίπτει, καὶ διασκεδάννυνται· Ἀχιλλεὺς δὲ Σκύρῳ προσχὼν γαμεῖ τὴν Λυκομήδους θυγατέρα [l] Δηϊδάμειαν· ἔπειτα Τήλεφον κατὰ μαντείαν παραγενόμενον εἰς Ἄργος ἰᾶται Ἀχιλλεὺς, ὡς ἡγεμόνα γενησόμενον τοῦ ἐπ' Ἴλιον πλοῦ. Καὶ τὸ δεύτερον ἠθροισμένου τοῦ στόλου ἐν Αὐλίδι, Ἀγαμέμνων [m] ἐπὶ [n] θήραν βαλὼν ἔλαφον, ὑπερβάλλειν ἔφησε καὶ τὴν Ἄρτεμιν· μηνίσασα δὲ ἡ θεὸς ἐπέσχεν αὐτοὺς τοῦ πλοῦ, χειμῶνας ἐπιπέμπουσα. Κάλχαντος δὲ εἰπόντος τὴν τῆς θεοῦ μῆνιν, καὶ Ἰφιγένειαν κελεύσαντος θύειν τῇ Ἀρτέμιδι, ὡς ἐπὶ γάμον αὐτὴν Ἀχιλλεῖ μεταπεμψάμε-

ut Achivi se iratos Ulyssi puerum Telemachum vi protractum necare velle simularent.

[i] ἔπειτα ἀναχθέντες Τευθρανίᾳ προσίσχουσι] Habemus hic duplicem ad Trojam navigationem. Priore, qua ad Mysiæ littus escensione facta, res cum Telepho gestæ sunt: de quibus copiose exposuit Dictys Cretensis II. 1. sq. καὶ ταύτην ὡς Ἴλιον ἐπόρθουν: mirus error, si pro Ilio habuere? Leg. ὡς Ἰλιέων. quippe Mysi societate cum Trojanis juncti. *Teuthrania*, Mysiæ regio. v. Pausan. VI. 4. c. Strab. et Steph. Byz. [Recte habere codicum lectionem docent verba Schol. Villois. ad Il. α'. 59. ἐν Τροίᾳ πλέοντες οἱ Ἕλληνες Μυσίᾳ προσίσχουσιν, καὶ ἀγνοοῦντες αὐτὴν ἐπόρθουν Τροίαν εἶναι νομίζοντες. HENRICHSEN.]

[k] ἐκ βοηθείας, *ut vim propulsaret*, dum opitulatur, nec necesse ἐκβοηθήσας scribere. *Thersandrum* Telephus occidit Polynicis filium. Sic et Pausan. IX. 5. p. 722. Dictys II. 2. Mox διασκεδάννυνται scripsimus pro διασκεδάννυται.

[l] De Achillis cum Deidamia nuptiis aliter hic traditum, quam quod ab aliis narratur ad Lycomedem, Scyri regem, puellari habitu deductus esse; quod forte tragicis debetur. Mox leg. παραγενόμενον. [sic Mona. pro παραγενόμενος.] Ibid. τοῦτ' ἐπ' Ἴλιον πλοῦ in codice erat.

[m] ἐπὶ θήραν βαλὼν f. excidit ἐπὶ θήραν ἐξιὼν, vel ἐξαγαγὼν, καὶ β. Paullo post ἐπὶ γάμον αὐτὴν Ἀχιλλεῖ μεταπεμψάμενοι, in cod. erat. αὐτῇ.

[n] θήρας Bekker.

νοι θύειν ἐπιχειροῦσιν· Ἄρτεμις δὲ αὐτὴν [o]*ἐξαρπάσασα εἰς Ταύρους μετακομίζει, καὶ ἀθάνατον ποιεῖ· ἔλαφον δὲ ἀντὶ τῆς κόρης παρίστησι τῷ βωμῷ. Ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον· καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν Φιλοκτήτης, ὑφ' ὕδρου πληγεὶς, διὰ τὴν δυσοσμίαν ἐν Λήμνῳ* [p]*κατελείφθη· καὶ Ἀχιλλεὺς ὕστερος κληθεὶς διαφέρεται πρὸς Ἀγαμέμνονα· ἔπειτα ἀποβαίνοντας αὐτοὺς εἰς Ἴλιον εἴργουσιν οἱ Τρῶες, καὶ θνήσκει Πρωτεσίλαος ὑφ' Ἕκτορος· ἔπειτα Ἀχιλλεὺς αὐτοὺς τρέπεται, ἀνελὼν* [q]*Κύκνον τὸν Ποσειδῶνος· καὶ τοὺς νεκροὺς ἀναιροῦνται· καὶ διαπρεσβεύονται πρὸς τοὺς Τρῶας, τὴν Ἑλένην καὶ τὰ κτήματα ἀπαιτοῦντες· ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσαν ἐκεῖνοι, ἐνταῦθα δὴ τειχομαχοῦσιν. Ἔπειτα τὴν χώραν ἐπεξελθόντες πορθοῦσι καὶ τὰς περιοίκους πόλεις· καὶ μετὰ ταῦτα Ἀχιλλεὺς Ἑλένην ἐπιθυμεῖ θεάσασθαι, καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸ αὐτὸ Ἀφροδίτη καὶ Θέτις. Εἶτα ἀπονοστεῖν ὡρμημένους τοὺς Ἀχαιοὺς Ἀχιλλεὺς κατέχει· κἄπειτα ἀπελαύνει τὰς Αἰνείου βόας, καὶ Λύρνησον καὶ Πήδασον πορθεῖ, καὶ συχνὰς τῶν περιοικίδων πόλεων· καὶ Τρωΐλον φονεύει·* [r]*Λυκάονά τε Πάτροκλος εἰς Λῆμνον ἄγων ἀπεμπολᾷ· καὶ ἐκ τῶν λαφύρων Ἀχιλλεὺς μὲν Βρισηΐδα γέρας λαμβάνει, Χρυσηΐδα δὲ Ἀγαμέμνων. Ἔπειτά ἐστι Παλαμήδους θάνατος· καὶ Διὸς βουλὴ, ὅπως ἐπικουφίσῃ τοὺς Τρῶας, Ἀχιλλέα τῆς συμμαχίας τῆς Ἑλληνικῆς ἀποστήσας· καὶ κατάλογος τῶν τοῖς Τρωσὶ συμμαχησάντων.*

[o] *ἐξαρπάξασα* Bekker.

[p] *κατελήφθη*] *κατελείφθη* Bekker.

[q] De Cycno hoc inter plures hoc nomine memoratos v. ad Apollod. p. 415.

[r] *Λυκάονά τε Πάτροκλος εἰς Λῆμνον ἀγαγὼν ἀπεμπολᾷ.* Ductum hoc ex Il. φ'. 35. sq. quemadmodum multarum aliarum a Stasino et aliis Cyclicis narratarum rerum prima stamina ex loco aliquo Homerico ducta sunt: quæ res facile exemplis pluribus doceri potest.

[a] ΠΡΟΚΛΟΥ ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΙΑΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣ ΤΟ Β′.[b]

Ἐπιβάλλει δὲ τοῖς προειρημένοις ἐν τῇ πρὸ ταύτης

[a] Quæ hinc sequuntur, exscripta sunt e *Cod. Veneto D. Marci* a viro doctissimo Jo. Pet. Siebenkees, Norimbergensi. Codex ille est præstantissimus Iliadis (num. 454.) scholiis instructus, quorum editionem avide expectamus a V. C. Villoison. In ejus primis foliis, partim margine, partim in foliis singulis, Procli hæc excerpta sunt adscripta. Præcedebat vita Homeri titulo præfixo: *Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς τῶν εἰς δ̄ διῃρημένων τὸ ᾱ. Ὁμήρου χρόνοι. βίος. χαρακτήρ. ἀναγραφὴ ποιημάτων.* Subjecta a Proclo esse debuit superioribus brevis expositio argumenti *Iliadis:* hancque excipere *Arctini Æthiopis:* etsi in codice Νόστων argumentum præmittitur, omninoque ordo diversus est, sed haud dubie perturbatus.

Est in Bibliotheca D. Marci codex 531. qui complectitur 1. *Ἐξηγήσεις τινὰς μετ' ἀλληγοριῶν καὶ ἱστοριῶν τινῶν εἰς τὸν Ὅμηρον.* 2. *Ἐπιτομὴν νέαν γραμματικῆς ἐν βιβλίοις β.* 3. *Ἐπιτομὴν τῶν ἐννέα μέτρων.* 4. *Φουρνούτου ἐπιτομὴν περὶ τῶν παραδεδομένων περὶ θεῶν κ. τ. λ.* 5. *Αἰνίγματα καὶ ζητήματα.* 6. *Ἐξήγησιν εἰς τὸν Διονύσιον τὸν περιηγητήν.* 7. *Πλουτάρχου περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως.* 8. *Ἡφαιστίωνος περὶ μέτρων.* 9. *Ἐκ τῆς Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς ἐκλογάς.* Codex est in folio minore, quod vocatur, papyraceus, fuitque olim inter Bessarionis copias: inscriptum enim est primo folio ab ejus manu: *τοῦτο τὸ βιβλίον πολλὰ καὶ καλὰ καὶ δυσεύρετα περιέχον ἐστὶν ἐμοῦ Βεσσαρίωνος Καρδινάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων.* Procli nomine allectus humanissimus vir, Siebenkees, libro inspecto nihil aliud quam Excerptum Photianæ Bibliothecæ reperit. Ἐξηγήσεις vero primo loco adscriptas scholia haud contemnenda continere vidit, quorum specimen ad nos misit. Idem Photii codicem præclarum in eadem bibliotheca manu versaverat N. 450.

[b] Quomodo hæc expediri possint, non reperio, nisi secundum ea, quæ supra exposui, mecum statuas, e binis Chrestomathiæ Procli libris factam esse Epitomen quatuor libris comprehensam: ex qua Excerpta aliquis codici suo adscripserat plura: e quibus derivata sunt, quæ Escurialensis et Venetus nobis servarunt. Itaque cum ex Epitomes seu *Eclogarum libro primo Excerptum* appositum esset *primum* de Homero, et argumentum *Cyprii carminis,* prætermissis iis,

βίβλῳ [c]Ἰλιάδα Ὁμήρου, μεθ' ἥν ἐστιν Αἰθιοπίδος βιβλία ε' Ἀρκτίνου[d] Μιλησίου, περιέχοντα τάδε·

Ἀμαζὼν Πενθεσίλεια παραγίνεται Τρωσὶ συμμαχήσουσα, Ἄρεως μὲν θυγάτηρ, Θρᾷσσα δὲ τὸ γένος, καὶ κτείνει αὐτὴν ἀριστεύουσαν Ἀχιλλεὺς, οἱ δὲ Τρῶες αὐτὴν θάπτουσι. Καὶ Ἀχιλλεὺς Θερσίτην ἀναιρεῖ, λοιδορηθεὶς πρὸς αὐτοῦ καὶ ὀνειδισθεὶς τὸν ἐπὶ τῇ Πενθεσιλείᾳ λεγόμενον ἔρωτα· καὶ ἐκ τούτου στάσις γίγνεται τοῖς Ἀχαιοῖς περὶ τοῦ Θερσίτου φόνου. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀχιλλεὺς εἰς Λέσβον πλεῖ, καὶ θύσας Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ καθαίρεται τοῦ φόνου ὑπ' Ὀδυσσέως. Μέμνων δὲ, ὁ Ἠοῦς υἱὸς, ἔχων [e]ἡφαιστότευκτον πανοπλίαν, παραγίνεται τοῖς Τρωσὶ βοηθήσων· καὶ Θέτις τῷ παιδὶ τὰ κατὰ τὸν Μέμνονα προλέγει· καὶ συμβολῆς γενομένης Ἀντίλοχος ὑπὸ Μέμνονος ἀναιρεῖται. Ἔπειτα Ἀχιλλεὺς Μέμνονα κτείνει· καὶ τούτῳ μὲν Ἠὼς παρὰ Διὸς αἰτησαμένη ἀθανασίαν δίδωσι.

Τρεψάμενος δ' Ἀχιλλεὺς τοὺς Τρῶας, καὶ [f]εἰς τὴν [g]πόλιν συνεισπεσὼν, ὑπὸ Πάριδος ἀναιρεῖται καὶ Ἀπόλλωνος· καὶ [h]περὶ τοῦ πτώματος γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης Αἴας ἀνελόμενος ἐπὶ τὰς ναῦς κομίζει, Ὀδυσσέως

quæ altero Eclogarum libro de Iliadis argumento apposita erant, nunc *ex tertio Eclogarum libro* Τμῆμα τὸ δεύτερον, *Excerptum alterum* apponitur. Itaque ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ Eclogarum intellige. Pro Ἰλιάδα in MS. erat Ἰλιὰς, cum tamen præcessisset ἐπιβάλλει.

[c] Ἰλιὰς Bekker.

[d] De *Arctino* v. ad Virgil. Æn. II. Exc. 1. add. ad lib. I. Exc. 19. In iis, quæ sequuntur, comparanda sunt Paralipomena Quinti Smyrnæi: quorum novam recensionem dabit Tychsen noster V. C. Complexa autem est *Æthiopis* non modo Memnonis ex Æthiopia res gestas, verum omnia, quæ inde ab Iliadis argumento, Hectore cæso, ad Trojam contigerunt. Vitia scripturæ codicis manifesta statim sustuli. Ita pro Θρᾷσσα erat θρασα (sic).

[e] ἡφαιστότευκτον] Dictum de hac voce ad Apollodorum p. 52.

[f] εἰς τὴν f. πόλιν. l. πύλην.

[g] πόλιν συν. Bekker.

[h] μέχρι] περὶ Bekker.

ib. μέχρι τοῦ πτώματος] Puto περὶ τοῦ πτ. nisi fuit: μέχρι του [τινὸς] περὶ τοῦ πτ. *per aliquod tempus*. Mox in Cod. ἀνελόμενον.

ἀπομαχομένου τοῖς Τρωσίν. Ἔπειτα Ἀντίλοχόν τε θάπτουσι, καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Ἀχιλλέως προτίθενται· καὶ Θέτις ἀφικομένη σὺν Μούσαις καὶ ταῖς [i] ἀδελφαῖς θρηνεῖ τὸν παῖδα· καὶ μετὰ ταῦτα ἐκ τῆς πυρᾶς ἡ Θέτις ἀναρπάσασα τὸν παῖδα εἰς τὴν Λευκὴν νῆσον διακομίζει, οἱ δὲ Ἀχαιοὶ τὸν τάφον χώσαντες ἀγῶνα τιθέασι· καὶ περὶ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων Ὀδυσσεῖ καὶ Αἴαντι στάσις ἐμπίπτει.

---

[k] ἙΞΗ͂Σ δ' ἐστὶν Ἰλιάδος μικρᾶς βιβλία τέσσαρα Λέσχεω Μυτιληναίου, περιέχοντα τάδε· Ἡ τῶν ὅπλων κρίσις γίνεται, καὶ Ὀδυσσεὺς κατὰ βούλησιν Ἀθηνᾶς λαμβάνει, Αἴας δὲ ἐμμανὴς γενόμενος τήν τε λείαν τῶν Ἀχαιῶν λυμαίνεται καὶ ἑαυτὸν ἀναιρεῖ. Μετὰ ταῦτα Ὀδυσσεὺς λοχήσας Ἕλενον λάμβανει, καὶ, χρήσαντος περὶ τῆς ἁλωσέως τούτου, Διομήδης ἐκ Λήμνου Φιλοκτήτην ἀνάγει. Ἰαθεὶς δὲ οὗτος ὑπὸ Μαχάονος, καὶ μονομαχήσας Ἀλεξάνδρῳ, κτείνει· καὶ τὸν νεκρὸν ὑπὸ Μενελάου καταικισθέντα ἀνελόμενοι θάπτουσιν οἱ Τρῶες.

Μετὰ δὲ ταῦτα Δηΐφοβος Ἑλένην γαμεῖ· καὶ Νεοπτόλεμον Ὀδυσσεὺς ἐκ Σκύρου ἀγαγὼν τὰ ὅπλα δίδωσι τὰ τοῦ πατρός· καὶ Ἀχιλλεὺς αὐτῷ φαντάζεται. Εὐρύ-

[i] ἀδελφὰς Nereidas esse puta. Hic ille *threnus* est, de quo præclare Pindar. Isthm. VIII. 124. præter Quintum III. et Odyss. ω'. 58. *Leuce* insula Borysthenis ostio objecta, vel ex Mela et Plinio nota.

[k] Egimus de *Iliade parva* in Exc. I. ad Æn. II. Ex argumento hoc e Proclo servato intelligitur exordium illud carmen habuisse ab Achillis morte et armorum judicio et productum fuisse usque ab urbis excidium. [Conferendus Hermannus ad Aristot. Poët. XXIII. 7.] In Cod. lectum erat ἐξ ἧς, et Μιτυληναίου solita varietate. Et pro Ὀδυσσεὺς (sc. αὐτὰ) λαμβάνει, scriptum erat Ὀδυσσέα: et τὴν τέλειαν et sic al.

πυλος δὲ ὁ Τηλέφου ἐπίκουρος τοῖς Τρωσὶ παραγίνεται, καὶ ἀριστεύοντα αὐτὸν ἀποκτείνει Νεοπτόλεμος.

Καὶ οἱ Τρῶες πολιορκοῦνται· καὶ Ἐπειὸς κατ' Ἀθηνᾶς προαίρεσιν τὸν Δούρειον Ἵππον κατασκευάζει. Ὀδυσσεὺς δὲ αἰκισάμενος ἑαυτὸν, κατάσκοπος εἰς Ἴλιον παραγίνεται, καὶ ἀναγνωρισθεὶς ὑφ' Ἑλένης περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς πόλεως συντίθεται· κτείνας τε τινὰς τῶν Τρώων ἐπὶ τὰς ναῦς ἀφικνεῖται· καὶ μετὰ ταῦτα σὺν Διομήδει τὸ Παλλάδιον ἐκκομίζει ἐκ τῆς Ἰλίου.

Ἔπειτα εἰς τὸν Δούρειον Ἵππον τοὺς ἀρίστους ἐμβιβάσαντες, τάς τε σκηνὰς καταφλέξαντες, οἱ λοιποὶ τῶν Ἑλλήνων εἰς Τένεδον ἀνάγονται· οἱ δὲ Τρῶες, τῶν κακῶν ὑπολαβόντες ἀπηλλάχθαι, τόν τε Δούρειον Ἵππον εἰς τὴν πόλιν εἰσδέχονται, διελόντες μέρος τι τοῦ τείχους, καὶ εὐωχοῦνται, ὡς νενικηκότες τοὺς Ἕλληνας.

---

[a] ἝΠΕΤΑΙ δὲ τούτοις Ἰλίου Πέρσιδος βιβλία β' Ἀρκτίνου Μιλησίου, περιέχοντα τάδε·

Ὡς τὰ περὶ τὸν ἵππον οἱ Τρῶες ὑπόπτως ἔχοντες περιστάντες βουλεύονται ὅ τι χρὴ ποιεῖν, καὶ τοῖς μὲν δοκεῖ κατακρημνίσαι αὐτὸν, τοῖς δὲ καταφλέγειν, οἱ δὲ ἱερὸν αὐτὸν ἔφασαν δεῖν τῇ Ἀθηνᾷ ἀνατεθῆναι· καὶ τέλος νικᾷ ἡ τούτων γνώμη. Τραπέντες δὲ εἰς εὐφροσύνην εὐωχοῦνται, ὡς ἀπηλλαγμένοι τοῦ πολέμου.

Ἐν αὐτῷ δὲ δύο δράκοντες ἐπιφανέντες [b] τὸν Λαοκό-

[a] Vide de Arctino eundem Excursum ad Æn. II. Complexum est carmen hoc novissima Trojæ, inde ab urbe capta ad discessum Achivorum. Pleraque ex his nota vel ex Virgilii Æn. II. ad quem multa illustrata dedimus. cf. Pausanias X. 26. [Hujus operis egregium exstat fragmentum in scholiis ad Homerum Victorianis apud Heynium T. VI. p. 631.]

[b] τόν τε Bekker.

ωντα καὶ τὸν ἕτερον τῶν παίδων διαφθείρουσιν· ἐπὶ δὲ τῷ τέρατι δυσφορήσαντες οἱ περὶ τὸν Αἰνείαν ὑπεξῆλθον εἰς τὴν Ἴδην, καὶ Σίνων τοὺς πυρσοὺς ἀνίσχει τοῖς Ἀχαιοῖς, πρότερον εἰσεληλυθὼς προσποίητος[c]· οἱ δὲ ἐκ Τενέδου προσπλεύσαντες, καὶ οἱ ἐκ Δουρείου Ἵππου, ἐπιπίπτουσι τοῖς πολεμίοις, καὶ, πολλοὺς ἀνελόντες, τὴν πόλιν κατὰ κράτος λαμβάνουσι.

Καὶ Νεοπτόλεμος μὲν ἀποκτείνει Πρίαμον, ἐπὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ἑρκείου βωμὸν καταφυγόντα· Μενέλαος δὲ ἀνευρὼν Ἑλένην ἐπὶ τὰς ναῦς κατάγει, Δηΐφοβον φονεύσας. Κασσάνδραν δὲ Αἴας Ὀϊλέως πρὸς βίαν ἀποσπῶν συνεφέλκεται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ξόανον· ἐφ' ᾧ παροξυνθέντες οἱ Ἕλληνες καταλεῦσαι [d]βούλονται τὸν Αἴαντα· ὁ δὲ ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς βωμὸν καταφεύγει, καὶ διασώζεται ἐκ τοῦ ἐπικειμένου κινδύνου. Ἔπειτα ἀποπλέουσιν οἱ Ἕλληνες, καὶ φθορὰν αὐτοῖς ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ τὸ πέλαγος μηχανᾶται.[e] . . . [f]* * * * καὶ Ὀδυσσέως Ἀστυάνακτα ἀνελόντος, Νεοπτόλεμος Ἀν-

[c] προποίητος e cod. notatum. προσποίητος, etsi paullo duriore verborum positu, hominem fictum et simulatorem designat. Forte fuit προσποιήτως, *simulate per fraudem.*

[d] βούλονται] βουλεύονται MS. Ven.

[e] In apographo hæc ita scripta erant, ut desiderari nonnulla significaretur. Videtur tamen carminis argumentum in hoc substitisse.

[f] De hoc fragmento vero non habeo quod satis tuto statuam. Superioris argumenti particula esse non potuit. Sed narrationis alterius est particula. Siebenkees V. C. hæc monuit : "tertium folium desiderari, in quarto hæc legi." Etsi non assequor, quomodo ea, quæ præcesserunt, folii spatium explere potuerint, suspicor tamen hanc esse particulam alterius *Excidii Ilii*, a *Lescheo perscripti*. Ejus enim Ἰλίου πέρσις apud Pausaniam memoratur X. 25. 26. et ib. nonnulla ex his ipsis, de quibus hic agitur. Suspicabar aliquando fuisse illam forte eandem cum ea, quæ Arctino ab aliis esset tributa : nunc probabilius videtur diversam eam ab illa fuisse : adeoque Proclum nunc subjecisse argumentum illius. Dicerem etiam tertiam Stesichori Ἰλίου πέρσιδα partem folii occupasse, si satis esse putarem apponere meras conjectationes.

δρομάχην γέρας λαμβάνει· καὶ τὰ λοιπὰ λάφυρα διανέμονται. Δημοφῶν τε καὶ Ἀκάμας Αἴθραν εὑρόντες ἄγουσι μεθ' ἑαυτῶν. Ἔπειτα ἐμπρήσαντες τὴν πόλιν Πολυξένην σφαγιάζουσιν ἐπὶ τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον.

ΣΥΝΑΠΤΕΙ δὲ τούτοις τὰ τῶν [g] Νόστων βιβλία ε' [h] Αὐγίου Τροιζηνίου, περιέχοντα τάδε·

Ἀθηνᾶ Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον εἰς ἔριν καθίστησι περὶ τοῦ ἔκπλου[i]. Ἀγαμέμνων μὲν οὖν τὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐξιλασόμενος χόλον ἐπιμένει, Διομήδης δὲ καὶ Νέστωρ ἀναχθέντες εἰς τὴν [j] οἰκείαν διασώζονται. Μεθ' οὓς ἐκπλεύσας ὁ Μενέλαος μετὰ πέντε νεῶν εἰς Αἴγυπτον παραγίνεται, τῶν λοιπῶν διαφθαρεισῶν νεῶν ἐν τῷ πελάγει. [k] Οἱ δὲ περὶ Κάλχαντα καὶ Λεοντέα καὶ Πολυποίτην πεζῇ πορευθέντες εἰς Κολοφῶνα Τειρεσίαν ἐνταῦθα τελευτήσαντα θάπτουσι[l].

[g] Νόστοι fuere plures a diversis auctoribus profecti: conf. Suid. et ibi Kuster. et ad Apollodorum p. 990. fuere in his *cyclici* h. e. qui ad *Cyclum epicum* referebantur. Horum auctorem nunquam alias legere memini *Augiam Trœzenium*, nomen prorsus ignotum.

[[h] Αὐγίου] Veram hujus nominis formam Ἀγίας esse, Ionice Ἡγίας, statuit vir doctus *Hist. of Litterature of Greece*, p. 69. Ἁγίου ed. Bekker. Hagiæ Trœzenii meminit Pausanias I. 2, 1.]

[i] Fundus fabulæ in Od. Γ. 132. sq. sic et reliquorum, quæ hic sequuntur eod. et quarto libro.

[j] οἰκίαν] οἰκείαν Bekker.

[[k] Vid. Meineke Euphor. p. 103.]

[l] Si hæc recte se habent, *Tiresias* Colophonem fuit abductus; id quod alii de filia ejus *Manto* narrant, quæ Thebis captis ab Epigonis Delphos pro manubiis missa (Apollod. III. 7, 4. Diod. IV. 66.) inde in Asiam ducta templum Clarium ad Colophonem constituit (vid. Schol. Apollon. I. 308. Pausan. VII. 3.) Sane jam ap. Apollod. III. 7, 3. et ap. Pausan. IX. 33. fama inter Græcos memoratur, Tiresiam ipsum Delphos abductum ad fontem Tilphussam animam efflasse: potuit nunc idem aliter ornatum esse ab aliis. Jam in Tiresiam, seu Manto, incidunt Achivi, qui eo perrexerant, *Calchas*, *Leonteus*, et *Polypœtes*. Calchantis quidem

Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀγαμέμνονα ἀποπλεόντων, Ἀχιλλέως εἴδωλον ἐπιφανὲν πειρᾶται διακωλύειν, προλέγον τὰ συμβησόμενα. Εἶθ' ὁ περὶ τὰς Καφηρίδας πέτρας δηλοῦται χειμὼν, καὶ ἡ Αἴαντος φθορὰ τοῦ Λοκροῦ.

[m] Νεοπτόλεμος δὲ, Θέτιδος ὑποθεμένης, πεζῇ ποιεῖται τὴν πορείαν· καὶ παραγενόμενος εἰς Θρᾴκην Ὀδυσσέα καταλαμβάνει ἐν τῇ Μαρωνείᾳ· καὶ τὸ λοιπὸν ἀνύει τῆς ὁδοῦ, καὶ τελευτήσαντα Φοίνικα θάπτει, αὐτὸς δὲ εἰς Μολοσσοὺς ἀφικόμενος ἀναγνωρίζεται Πηλεῖ. [[n] ἔπει]τα Ἀγαμέμνονος ὑπὸ Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας ἀναιρεθέντος, ὑπ' Ὀρέστου καὶ Πυλάδου τιμωρία, καὶ Μενελάου εἰς τὴν οἰκείαν ἀνακομιδή.

---

[a] ΜΕΤΑ ταῦτά ἐστιν Ὁμήρου Ὀδύσσεια· ἔπειτα Τηλεγονίας βιβλία δύο Εὐγάμμωνος Κυρηναίου περιέχοντα τάδε·

in hæc loca adventus nobilis est congressu cum Mopso vate, Mantus f. facto : videndi de his laudd. Not. ad Apollod. p. 655. Incoluit idem Pamphyliam : Pausan. VII. 3. p. 529. Strabo XIV. p. 984 A. Leonteus et Polypœtes, ex Gyrtone aliisque Thessaliæ urbibus copias ad Trojam duxerant: Il. β'. 138. iidem Aspendum in Pamphylia condiderunt. cf. Eustath. ad l.c.

[m] Plura ad hæc monita ad Virgil. Æn. III. Exc. X. et XII.

[n] Ex Cod. notatum Πηλει . . . *τα αγαμ.* Potuit esse *ἔπειτα τὰ* A. —*καὶ τούτων ὑπ'* O.

[a] De *Eugammonis* nomine vix satis adhuc constabat. Meminerat Hieronymus in Chron. Euseb. ad Ol. LIII. *Eugamon Cyrenæus, qui Telegoniam scripsit, agnoscitur:* et Syncell. p. 239 (191). Εὐγάμων Κυρηναῖος, ὁ τὴν Τηλεγονίαν ποιήσας, ἐγνωρίζετο. Eugammonem Cyrenæum integrum librum de Thesprotiis ex Musæo transcripsisse narrat Clemens Alex. VI. Strom. pr. et ex eo Eusebius Præp. Ev. X. 2. etsi in hoc Eugrammon editur. Fabulam de Telegono ad mentem Eugammonis expressam videbis apud Hygin. f. 127. Ad Odysseæ ductum, uti res ipsa ferre debuit, pleraque fuere comparata, *summa* vero *carminis ad Od.* λ'. 118—136. Alia aliunde. Ita *Musis sacrificat* Ulysses, secundum Od. ν'. 347 sq.

Οἱ μνήστορες ὑπὸ τῶν προσηκόντων θάπτονται· καὶ Ὀδυσσεὺς θύσας Νύμφαις εἰς Ἦλιν ἀποπλεῖ, ἐπισκεψόμενος τὰ βουκόλια, καὶ ξενίζεται παρὰ Πολυξένῳ, δῶρόν τε λαμβάνει κρατῆρα. Καὶ ἐπὶ τούτῳ τὰ περὶ Τροφώνιον καὶ Ἀγαμήδην καὶ Αὐγέαν. Ἔπειτα εἰς Ἰθάκην καταπλεύσας, τὰς ὑπὸ Τειρεσίου ῥηθείσας τελεῖ θυσίας. Καὶ μετὰ ταῦτα εἰς Θεσπρωτοὺς ἀφικνεῖται, καὶ γαμεῖ Καλλιδίκην βασιλίδα τῶν Θεσπρωτῶν. Ἔπειτα πόλεμος συνίσταται τοῖς Θεσπρωτοῖς πρὸς Βρύγους, Ὀδυσσέως ἡγουμένου· ἐνταῦθα Ἄρης τοὺς περὶ τὸν Ὀδυσσέα τρέπεται, καὶ αὐτῷ εἰς μάχην Ἀθηνᾶ καθίσταται. Τούτους μὲν Ἀπόλλων διαλύει· μετὰ δὲ τὴν Καλλιδίκης τελευτὴν, τὴν μὲν βασιλείαν διαδέχεται Πολυποίτης, Ὀδυσσέως υἱὸς, αὐτὸς δὲ εἰς Ἰθάκην ἀφικνεῖται· κἀν τούτῳ Τηλέγονος [b]ἐπὶ ζήτησιν τοῦ πατρὸς πλέων, ἀποβὰς εἰς τὴν Ἰθακὴν, τέμνει τὴν νῆσον· ἐκβοηθήσας δ' Ὀδυσσεὺς ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀναιρεῖται κατ' ἄγνοιαν. Τηλέγονος δὲ ἐπιγνοὺς τὴν ἁμαρτίαν, τό τε τοῦ πατρὸς σῶμα καὶ τὸν Τηλέμαχον καὶ τὴν Πηνελόπην πρὸς τὴν μητέρα [c]καθίστησιν· ἡ δὲ

355 sq. ξ'. 435. *De armentis in Elide* subnata res ex Od. δ'. 635. *Polyxenus* autem ex Il. β'. 623. Episodium de *Trophonio* et *Agamede*, Ergini Minyæ filiis, fundum habere potuit in Hymno ad Apoll. 295 sq. Quæ enim de thesauro Hyriei ab ipsis exstructo clamque expilato narrata sunt v. c. ap. Pausan. IX. 37. ea transtulere alii ad Augeæ domum, qui rex Elidis fuit: diversus utique ab illo antiquiore ab Hercule cæso. *Sacra a Tiresia monstrata* sunt in Νεκυίᾳ Od. λ'. 128 sq. *Ad Thesprotos* in continente accessit sec. v. 120 sq. *Brygi* Thraces ex Herod. VI. 45. noti esse possunt. *Telegonus* ignarus patrem occidit, sec. λ'. 132, ubi v. interpretes. Telum autem pastinacæ marinæ (τρυγόνος, marinam turturem Dictys VI. extr. dixit) aculeo erat munitum: unde Sophoclis fabula, Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλὴξ inscripta: qua de re plures egere. Andr. Schottus ad Proclum p. 22. (385 h. ed.) Salvagnius ad Ovidii Ibin et al. ad Homeri l. c.

[b] εἰς Bekker.

[c] μεθίστησιν Bekker.

αὐτοὺς ἀθανάτους ποιεῖ, καὶ [d]*συνοικεῖ τῇ μὲν Πηνελόπῃ Τηλέγονος, Κίρκῃ δὲ Τηλέμαχος.*

[d] *συνοικειοῖ* scripsi: cum e cod. notatum esset *συνοικεῖ,* ipsa ratione grammatica postulante: *sibi matrimonio conjungit, adsciscit.* Hyginus loc. cit. *Ejusdem Minervæ monitu Telegonus Penelopen, Telemachus Circen duxerunt,* sc. nunc deas factas.

Secundum has particulas, magno cum literarum beneficio e Proclo servatas, de poëtis cyclicis longe aliter, quam vulgo factum, statuendum erit. Egimus ea de re ad Virgilii Æn. II. Exc. I. Ut, ad Procli ductum, rem paucis complectar: *Cyclus epicus* variis modis dictus est: primo, ut sit *cyclus mythorum* inde ab Urano usque ad Ulyssis reditum in Ithacam et mortem: hic proprie est *Cyclus mythicus,* dictus tamen *epicus,* quoniam plura erant carmina epica, quibus illæ fabulæ expositæ erant: secundo *Cyclus epicus* dictus est *ipsorum horum carminum epicorum,* quæ ita digesta et ordinata a grammaticis fuerant, ut contextus fabularum inde a Theogonia ad Ulyssis novissima haberetur. *Carmina* hæc dicta *cyclica* et *poëtæ cyclici.* Jam in hoc Cyclo extremum, nec ignobilem tamen, locum tenebant res Trojanæ, adeoque carmina, quibus illæ expositæ erant. Hujus partis posterioris notionem nunc habemus pleniorem ex Procli fragmentis hic in lucem prolatis. Scilicet secundum historiarum ordinem comprehensa in hoc Cyclo, parte quidem extrema, fuere hæc: *Cyprium carmen. Homeri Ilias. Arctini Æthiopis. Leschis* sive *Leschei Ilias parva. Arctini Excidium Ilii,* forte et *alterum Leschei. Nosti. Odyssea. Telegonia.* Carmina hæc fundum fecerunt fabularum quæ hinc a tragicis variis modis tractatæ, ab aliis poëtis pro suo cujusque ingenio fuere ornatæ, inter hæc etiam a rerum Græcarum scriptoribus pro antiquissima rerum memoria in fronte historiarum præfixæ sunt. Fuit quoque *Dionysius Milesius,* qui in historiarum suarum corpore *Cyclum mythicum* et *historicum* constituit. Ad quæ melius discernenda, dijudicanda, et ordinanda patefactam nunc esse viam arbitror.

ib. *σ. τὴν μὲν Πηνελόπην—Κίρκην*] *συνοικεῖ τῇ μὲν Πηνελόπῃ* T. *Κίρκῃ δὲ* Bekker.

INDICES QUATUOR.

INDEX SCRIPTORUM

AB

HEPHÆSTIONE ET SCHOLIASTIS

LAUDATORUM.

Numerus prior paginam, alter versum designat.

INDEX VOCABULORUM

QUÆ IN

LOCIS AB HEPHÆSTIONE LAUDATIS

REPERIUNTUR.

NB. * *Stellula verbo præfixa indicat restitutam esse, aut restituendam lectionem.* † *Obelus pravam lectionem designat, notatu tamen non indignam.*

E.

INDEX

RERUM ET VERSUUM.

T.

Υ.

Φ.

INDEX RERUM

IN PROCLI CHRESTOMATHIA

MEMORABILIUM.